









10016  
13  
DISSERTATIO POLITICO-  
JURIDICA. 1616 12

DE

SUMMA SUM-

MI IMPERATORIS PO-  
TESTATE, QUAM NOS MAJE-  
statem appellamus, deq; regalibus

EX

JURE TAM PUBLICO QUAM  
PRIVATO DESUMTA, IN ANTI-

quissima Heidelbergensi Academia pro gradu in utroq; jure  
consequendo nudis solum positionibus proposita.

nunc aliquantò fufius tractata & in  
lucem emissa.

à

VALENTINO HESSO

Burg. Sax. J. U. Doctore.



MAGDÆBURGI,

Excudebat Joachimus Boelius, Anno 1616.

10



*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to fading and bleed-through.]*







**C**UM in augusta & amplissima hac materia tanta sit rerum & controversiarum copia, ut vix modico volumine comprehendi possit, & impossibile fermè sit omnia sigillatim perscrutari, præcipuè duntaxat loca & ex ijs quæstiones maximè controversas seligere ac proponere constitui. Ut igitur eò melius intelligatur, de quâ re acturi sumus, meritò à definitione initium faciemus.

*T H E S I S I.*

Majestas (*a*) est summa & perpetua in cives legibusq; soluta potestas (*b*) eoq; Imp. noster qui ut Deus terrenus est (*c*) ita præter Deum immortalem à quo primario hanc potestatem consequitur majorem non agnoscit. (*d*)

(*a*) *Majestas, quæ à magnitudine nomen duxit, referente Festo, dicitur summus status vel suprema potestas, eò quod superet omnem Regum & Principum dignitatem teste Oldrad. cons. 43. (b) Hac potestate quotidie utantur in comitijs Imperatores quando mandant hoc modo: Befehlen/setzen/ordren vnd wollen von Römischer Keyserlicher Macht vnd vollkommenheit dieses Brieffes etc. quam etiam sequuti sunt Impp. nostro seculo Carolus IV. in præfat. aurea bulla in fin. & tit. 2. in pr. item. tit. 13. in fin. Maximil. in der handhabung*



bung des friedens zu Wormbs Anno 1495. auffgerichtet sub tit. Von sachen so sich vor diesem Landfrieden begeben haben / Carol. V. in Reichs Abscheidt / de Anno 41. s. als wir / Ferdinand. in Reichsabsch. de Anno 1555. s. Solches alles vnd jedes. Rudolph. 1. I. in mandato quodam de Anno 1607 Wie wir dann mit wolbedachtem Wuth / guten Rath vnd rechten wissen auß Römischer Keyserlicher Macht vnd vollkommenheit. Et inuictissimus D. Matthias Imperator noster semper Augustus Anno 1612. vnd gebieten demnach E. E. R. R. hie mit von Röm. Key. Macht / auch Gericht vnd Reichewegen (c) salom. lib. Sap. c. 6. vers. 1. Princeps est Dei vasallus. Psal. 82. Dy vos estis Proverb. c. 7. versic. 15. Dei gratia Reges regnant. Rom. c. 13. versic. 1. potestas omnis à Deo est. (d) Et neminem nisi summum Deum autorem agnoscit l. 1. C. de vet. jur. enucl. in qua Imp. Deo inquit. autore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella feciliter peragimus & pacem & c. Sic in Nov. 27. c. 4. in fin. Hanc nos ait gratiam Deo referendam putauimus, qui imperij nobis coronam imposuit, qui communi omniū calculo per patrem nostrum purpuram nobis donauit Vnde & illud vulgare natura videtur. Wir Gottes Gnaden etc.

## II.

Hinc quotquot iuri dicundo Praefecti (a) ab Imperatore (b) omnem suam potestatem (c) recognoscunt (d.)

(a) l. 2. § post originem 13. de O. J. Briffon select. antiquit. c. 20. (b) In usibus feudorum Rex dicitur. In antiqua Romanorum historia, qui summam rerum potitur tam Imperator quam Caesar nominatus est à primo Julio teste Forstero lib. 1. histor. Rom. c. 28. n. 52. & seq. Nobi-



Nobis est Rex Romanorum, Gallis Delphinus, Hispanis  
Infans, proprie Cæsar dicitur Römischer Keyser / l. et s. 7.  
IBI vel Cæsari C. de malef. & mathem. l. fiscus. 6. §. 1. ff.  
de jure fisci Dn. Dauth. de testam. n. 255. VVes. in pro-  
œm. Inst n. 2 (c) d. l. 2. §. post originem 13. IBI per nos ff.  
de O. I (d) Cum lege Regia populus ei & in eum omne  
suum imperium & potestatem contulerit l. 1 ff. de con-  
stit. princip. §. sed & quod principi Inst de I. N. G. & C.  
l. 1. §. initio ff. de offic. Pras. Urb. l. unic. ff. ad L. Jul. de  
ambitu.

### III,

Vix itaq; toleranda est eorum opinio qui no-  
strum Imp. absq; coronatione & confirmatione  
Papali verum Imp. non esse statuunt.

Resistit gl. in c. legimus distinct. 39. verb. Impe-  
ratorem gl. in clem. de jurejur. in verb. Regis Speculat.  
de rescript. §. ratione autem causa n. 18. Maximil I. co-  
ronam Imperialem à Romano Pontifice accipere mini-  
mè necessarium sibi videri, cum Imperij majestatem ab  
ordinibus Imperij acceperit, coram statibus publicè pro-  
fessus est: Bodin. lib. 2. de Repub. c. 6. n. 225. Fridericus  
Barbarossa legatos Papales, qui imperium ipsi nomine  
Pontificis offerre volebant, his verbis reppulit:

Ecclesiam regat ille suam divinamq; jura

Temperet, imperium nobis facesq; relinquat.

Rudolphus Habsburgensis nunquam Italiam vidit, ne-  
dum Rome coronatus est, causamq; cur ad Pontificis Ni-  
colai instantiam Romam ingredi recusaret, apologetico  
illo exprimere solitus.

————— me vestigia terrent  
Omnia te adversum spectantia, nulla retorsum,  
Et quis ignorat Ferdinand Maximil. II. Rudolph. II.



¶ Mattheum nostrum jam Imp. nunquam Roma coro-  
natos esse? Contrarium statuunt Oldrad. conf. 90 n. 7.  
& seqq. vol. 2. Lancellet. in templ omnium Judic lib 1.  
c. 1 §. 1. q. 4 Salycet. in l. benè à Zenone n. 7. C. de quadr  
prescript. Innoc. in c. venerabilem extr. de Elect.

IV.

Nos potius cum penes Imp. nostrum supre-  
ma sit auctoritas (a) quam cum nemine habet com-  
munem (b) summum dicimus Monarcham, & im-  
perij nostri statum esse Monarchicum statuimus (c)

(a) Auctoritatem hic accipimus pro summa pote-  
state & majestate, quam Imp. in Romano imperio obti-  
net. Quicquid enim in privato est auctoritas, id in ipso  
est Majestas, in quâ imperij consistit anima ac vita.  
(b) l. ult. C. de LL & hoc quadrat quod aliorum procerû  
imperij decreto Anno 1338 tempore XII. sancitum est  
sacrum scil. Romanum imperium esse summum, & eius  
Principem universi orbis præcipuum, & nullum nisi su-  
premum Imperatorè Deum scil. superiorè recognoscere.  
(c) Monarchici imperij fortissima sunt indicia: sanctio  
legis universalis, indictio belli, jus cudenda moneta, ex-  
trema provocatio, creatio Regum, Principum, Ducum,  
Marchionum, Landgravorum, Comitum, Baronum,  
nobilium &c. fundatio Academiæ, privilegiorum  
concessio, jus extruendarum urbium, & arcium, nundi-  
narum, novorumq; vectigalium indictio, jus legitiman-  
di, fame restituendi, veniam ætatis concedendi de qui-  
bus infra latius. Et quid multis? summe Majestatis jus  
cum inferioribus non potest communicari. Reichsab. ch.  
Rubr. Reformation Keyser Friderichs des III. zu  
Frankfurt am Mayn Anno 1442. IBI Entbieten al-  
len vnd jeglichen Churfürsten / Fürsten / vnd allen  
andern



anderer vnsern vnd des heiligen Reichs Vnterthanen/  
etc. *Ex quibus satis liquet, quod Electores aliq̄, Proceres  
imperij Imperatore sunt inferiores. Aurea Bulla Carol:  
IV. tit. 2. §. Vnd dieweil etc. Hic accedit, quod Imp.  
habet supremum votum, ad quod Electores aliq̄, Prin-  
cipes sese astringunt; quando in recessibus imperij ita  
ponitur: Wir N. von Gottes Gnaden bekennen öffent-  
lich mit diesem Brieff/vnd thun kund gegen jedermē-  
niglich Anno 1500. 1512. 1521. 1542. 1584. etc. Itē wir  
Churfürsten/Fürsten etc. bekennen öffentlich mit die-  
sem Abscheide/das alle vnd jede obbeschriebene Puncter  
vnd Articul / so durch die Käys. May. geordnet/vor-  
genommen vnd gemacht mit vnserm guten wissen wit-  
len vnd rath beschlossen sind / gereden vnd versprechen  
dieselbe waar / stett / fest / auffrichtig vnd vnverbrüchig  
zu halten / vnd nach allen vnsern vermögen nachzu-  
kommen vnd zu geleben. Reichsabsch. Anno 1526.*

V.

Hinc apparet S. Romanum imperium (a) ma-  
jestate & dignitate cæteris omnibus regnis quæ-  
cunq; in latissimo Christianorum orbe continen-  
tur esse sublimius (b.)

(a) Hoc revera quartum illud est, quod Daniel  
Propheeta c. 2. de statua agens collocat in tibijs ferreis &  
pedibus ex ferro & luto mistis. De bestijs verd tractans  
c. 7. depingit prægrandis & robusta bellua imaginem,  
que ferreis dentibus longè lateq; sit grassatura. Quem-  
admodum itaq; ferrum duritie & robore omnia metalla  
frangit & comminuit, immò ut bestia, quò robustiores  
habent dentes, eò sunt formidabiliores: Ita quoq; hoc  
regnum reliqua regna omnia fortitudine & perpetuita-  
te superabit.

(b) Præ-



(b) *Præminentia Romani Imperij vertitur in eo, quod omnes exteri intelligent se comiter observare debere Romani imperij Majestatem, neq; est ullum in universo terrarum orbe sanctius l. fin. C. de LL. nullum vel ipsis remotissimis barbaris venerabilius quod & Lazarus von Schwendi affirmare videtur, da er an Keyser Maximil. in seinen bedenccken von regierung des heiligen Römischen Reichs also schreibet: Die Teutschen Keyser haben die Hohheit des Keyserthumbs bis auff diese stunde an sich behalten / vnd ist die gewalt vnd stercke der Deutschen Nation, bißherodennoch immer zu so groß angesehen vnd befürchtet gewesen / das sich keine Nation wie starck sie immer gewesen / daran hat reiben noch ihnen solche Præminentz entziehen dörfen. Et paulo post. die Deutschen haben je vnd allewege ihre Deutsche Freyheit der massen herbracht vnd erhalten / daß ihnen keine Nation eintrag thun mögen.*

VI.

*Soli itaq; Imperatori nostro Romano (a) jura majestatis, vulgò die Keyserliche Hohheiten vnd reservaten (b) competunt.*

*(a) Quia l. Regia populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem contulit l. 1. ff. de constit Princip. Dion. Cass. in Augusto. Strabo lib. 15. Tacit. 4. annal. s. l. 1. ff. de offic. Pref. 2. Quia jura majestatis proprie sunt Monarchis, que à Grecis ad Romanos nostros Imp. devoluta est .3. Const. Frid. Imp. de pace Constantia s. volumus ut Regalia &c. IBI qua specialiter nostram excellentiam concernunt Reichsabsch zu Regensp. de Anno 96. s. dadurch dann IBI unsere Keyf. besondere Hohheit vnd reservaten. (b) Jus hoc diversis nominibus indigitatur. Appositissime dicitur jus majestatis Bordin.*



*din lib 1 de R J c 8 Alia jus regni Albus c. 9 polit.*  
*p. 119 jus sublimare imperium sacrum Clapm. de arcan.*  
*Rerump. lib. 1. c. 18 Majestas Imperatoria proæm. In-*  
*stit. Majestas Imperialis l. 2. § 18. de O. I. l. 1. C. ut nem.*  
*privat l. 3. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit.*  
*Majestas Imperij Liv. lib. 2. Augusta Majestas l. 91 ff.*  
*de hered. instit. Principalis auctoritas l. 1. C. de his qui*  
*veniam ætatis & c. l. 50 §. 1. in fin. ff. de petit. hered. Alijs*  
*recentioribus: Absoluta potestas, plenitudo pote-*  
*statis, potestas infinita, absoluta jurisdictio. Ab in-*  
*terpp. juris feudalis Regalia majora. Sixtin. de Regal.*  
*lib. 1. c. 2. n. 2.*

### VII.

Majestatis jura sunt septem.

1. *Legem universis ac singulis civibus dare.*
2. *Bellum indicere aut pacem inire.*
3. *Nummorum pretium, pondus & figuram præ-*  
*scribere.*
4. *Extrema provocatio.*
5. *Magistratus creare ac constituere.*
6. *Academias erigere ac concessis privilegijs confir-*  
*mare.*
7. *De feudis immediatè imperio subjectis cogno-*  
*scere.*

### VIII.

1. *Majestatis jus est condendi leges.*

*Ut Principis solius est condere leges l. ult. C. de LL.*  
*l. 2. C. de constit. Princip. Ita quoq; solius est leges inter-*  
*pretari l. 1. l. fin. C. de LL. Eius enim est jus interpretan-*  
*di leges, cuius est ferendi jus Innoc. in c. inter alia 31.*  
*de sent. excom. Cui convenit quod Constantinus scripsit*  
*in l. 1. C. de LL. inter jus & equitatem interpositam in-*  
*terpre-*



terpretationem soli Imperatori & oportere & licere  
inspicere. Sic publica Imperij decreta Imp. edicit. Wir  
A. von Gottes Gnaden bekennen vnd thun kund gegen  
jedermenniglich/etc. Vbi nulla Electorum sive Proce-  
rum imperij fit mentio. Nec impugnat nostram senten-  
tiam quod vota Electorum ad sanciondas leges requi-  
rantur ex illa formula que recessibus imperij solet adijci:  
So haben wir vns demnach mit den Ständen des  
Reichs vnd sie hinwiederumb mit vns verglichen/etc.  
Nec illa verba quibus utuntur in condendis legibus Ele-  
ctores in decretis Comitiorum in fin. Vnd wir Chur-  
fürsten/etc. bekennen öffentlich mit diesem abscheide  
das alle vnd jede obbeschriebene Puncten vnd Articul  
mit vnserm guten wissen/willen vnd richte vorgenom-  
men vnd beschlossen sind. Ratio est, quia Imperator  
principales potioresq; partes in legibus ferendis obti-  
net, ideo soli adscribimus hoc jus Majestaticum.

IX.

Imperatores nostri legibus civilibus (a) non  
vero regni (b) soluti sunt.

(a) 1. ex definitione Majestatis supra posita que  
secundum Bodin. lib. 1. c. 8. est potestas publica in cives  
& subditos summa perpetua legibusq; soluta potestas. Vi-  
de Eberhard. à Widdelburgk. Top. legal. in loco à pleni-  
tudine potestatis. 2. Hanc majestatem LL. solutam  
esse dicimus. Imperator enim cui soli hoc nomen & pro-  
priè quemadmodum inferioribus Principibus Serenita-  
tis vel Celsitudinis competit LL. solutus est l. Princeps  
ff. de LL. l. 14. §. 1. de manumiss. l. 3. C. de testam. l. 34. C.  
de donat. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. l. ult. in  
fin. c. proposuit extr. de concess. prabend. c. cuncta per  
mun.



mundum Coras 2. misc. 25 n. 4. & 5. Paurmeister de jurisdictione lib. 2. c. 5. n. 42. Gail. 1. obs. 42. n. 1. & seq. & 3. obl. 87. n. 6. Zas. ad d. l. Princeps 31. n. 3. ff. de LL. Leges enim Imperatori & non contra subiecta sunt. 3. Legibus ab alio conditis non tenetur cum par in parem non habeat imperium C. innotuit de elect. l. 4. & 6. ff. de recept. arb. l. est receptum 14. ff. de jurisdic. 4. Non à seipso promulgatis, cum nemo possit sibi legem imponere aut talem à qua non liceat recedere l. si quis in pr. ff. de legat. 3.

(B) ex l. digna vox C. de LL. §. sed & quod principi Inst. de I. N. G. & C. l. 3. C. de testam. ubi Imp. Alex. dicit: licet lex imperij solennibus juris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium imperij est quam legibus vivere Dauth. ad d. l. 3. C. de testam. Hottom. illustr. quest. 1. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 8. Zoanett. de Romano imper. n. 171. & 184.

2. Legibus nature, justitie, & honestatis apprimè tenetur Imp. Ideo Bald. in l. 2. C. de servit. & aq. & c. quantumvis Princeps se legibus solutum esse dicat, rationis tamen naturalis dictamine tenetur & obstringitur l. ubi pugnantia §. 1. de R. J. l. 1. §. 3. l. 2. l. 2. de I. & I. §. 1. & 11. Inst. de I. N. G. & C. Non Princeps amplius est, si natura repagula recludit, eiusq. terminos corrumpit sed Tyrannus C. scelus 2. q. 1. Nec placet aulicorum Cambysis responsum adulatorium, qui Regi sororem uxorem ducturo, & an id per leges liceret querenti, nulla quidem speciali id lege permitti, generali tamen lege quâ Regi quidlibet pro lubitu faciendi, facile defendi posse ignavissimè responderunt Herod. lib. 3. Meretrix

B 2

etiam



etiam uerius quam Imperatrix censenda erit Antonina  
illa impurissima; prouiduum his uerbis ad stupram alli-  
ciens: Ante Imperatorem esse & leges dare non accipe-  
re ignoras? Coras. 2. misc. c. 25.

3. i. Neg, ijs legibus, quæ ad iura pactorum & contra-  
ctuum pertinet est solutus Bald. in l. 1. ff. de const. Prin-  
cip. quando nihil magis sit naturale & congruum fidei  
humana quam pacta seruire l. 1. ff. de pact. & nihil est  
quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in  
Principell. inter claras C. de summa Trinit. Non erunt  
irrita quæ ueniunt de labijs Principum 1. Reg. 1. vers 30.

X.

Concesso hoc, quod Princeps iure pactorum  
teneatur, non potest privato rem suam auferre (a)  
quamuis ex plenitudine potestatis processerit (b.)

(a) Id enim quod nostrum est, sine facto nostro au-  
ferri non debet l. 11. ff. de R. I. in primis si illud iure civili  
quæsitum est. Tapia in comm. ad rubric. de constit. Prin-  
cip. n. 69. pag. mibi 29. Ant. Gabr. Rom. lib. 3. comm. re-  
gul. tit. de iure quæsito non tollend. concl. 1. n. 1. versic.  
contrariam tamen Pinell. in rubr. de rescind. vend. c. 2.  
n. 1. Trentl. de I. & I. th. 5. lit. H Gail. 2. obs. 56. Bodin. 1.  
de Rep. c. 8. Vasq. illustr. controvers. c. 5. n. 1. Hartm. Pi-  
stor. 1. q. 40. n. 12. var. resol. n. 6. (b) Ant. Gabr. Rom.  
lib. 3. comm. regul. tit. de iur. quæsit. non toll. concl. 5. n. 18.  
verb. etiam si procedat ex plenitudine potestatis & c.  
Marc. Ant. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. habentes iura  
fisci an possint & c. n. 44. Menoch. de arb. Jud. quæst. lib.  
1. cas. 84. n. 6. & 7. Farinac. in prax. crim. q. 6. n. 18. versic.  
ratio & c. Albornic. Gentil. in disp. de absol. reg. potest.  
eam dicit plenam potestatem secundum quam Princeps  
ius alienum etiam sine causa tollere queat. Talem nos  
pote-



potestatem Tyrannis relinquimus, rectius ea tempestatis  
quam potestatis plenitudo appellatur Pulchre Tapia al-  
leg loc. & praclare monet Zas cons. 10 n 7. vol. 2. ubi sic  
scribit: Scio boni Principis potestatem ad tutelam sub-  
ditorum & ad justitiam asserendam esse amplissimam.  
Ceterum ut injuria subditis fiat, Principis potestatem  
non agnosco, sed Tyranni, & Princeps ideo à Deo con-  
stitutus est, ut faciat justitiam & judicium 3 Reg. c. 10.  
Zas in l. 2 ff. de O. I. in verb. ratum dicit: Quanto im-  
mensor est Principis potestas, tanto magis equitatem  
exigit & justitiam quam imprimis colere debet. Qua-  
propter si fines & terminos justitiae transgrediatur, pec-  
cat, & Principis nomine haud dignus est d. c. scelus 2. q.  
1. Et rectè Claudian.

Non tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit  
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

### XI.

II. Majestatis jus est indicendi bellum.

Hoc jus, ut & reliqua omnia majestatis jura sum-  
mo Principi ex natura majestatis in se considerata com-  
petit l. 3 ff. ad L. Jul. Majest. c. quid culpatur 4. c. 23. q. 1.  
verlic. ordo autem 23. l. 3. c. de agentibus in rebus l. unic.  
C. ut armorum usus & c. l. 17. C. de remilit. D. Vultejus 1.  
de feud. c. 5. n. 6 Bocer. lib. 1. c. 4 & 17. Paurmeist. de ju-  
risdiction. c. 3. n. 21. Arnis. de jure maiest. lib. 2. c. 5. n. 10.  
2. L. Julia Majestatis eum tenet, qui injussu Principis  
seditiones excitat & bellum movet d. l. 3 ff. ad L. Jul.  
Majest. IBI qui injussu Principis bell. gess Gail lib. 1. de  
P. P. c. 4. n. 9. Vnde leges Romanae pro latrocinio & de-  
predatione & non bello reputabant, quòd non ab ipso  
populo Romano in dictum erat l. 24. de capt. & postlim.



*revers. l. 18. de V. S. seditiosi pœna fracta pacis tenentur*  
*Gail. lib. 1. de P. P. c. 4. n. 4.*

3. *Nisi ad unum referatur hoc jus nunquam armorum motu & turbis civilibus libera & tuta esse potest Respub. Quilibet enim sic bella movere, & ob exiguam imò minimam causam vicinum suum invadere audeat.*

4. *Sammergerichts Ord. p. 2. tit. 15 IBI Auß der Kayf. Mayt. oder vnsern zugehen/ etc. Reichsabsch. zu Augsp. de Anno 55. S. Wo sich aber etc. & S seq. Wo sich aber keine Herren/ etc. Pertinet huc salutaris constitutio pacis publicæ, das niemand hinfüro wes Würden/ standes oder wesens der sey vmb keinerley vrsachen willen/ wie die Namen haben mögen/ den andern befehden/ bekriegen berauben / fahen/ vberziehen oder belagern sol. Eadem quoq; ratione permissum non est Principibus extraneis sine autoritate Imp. in Romano imperio milites conscribere, Absch. zu Augsp. de Anno 82 S. Wenn aber der verdächtg & seq. P. Dennaisius in jure Cam tit. 190. n. 17. neq; imperij statibus bellum gerere licet Sammergerichts Ord. part. 2. tit. 15. nisi observaverint formam in Constit. imperij expressam.*

## XII.

*Propter causam autem necessariam & imminens periculum Principes aliq; status imperij absque Imp. consensu bellum suscipere possunt.*

*Argumento l. si alius S. bellissimè ff. Quod vi aut clam, Et maximè si Imperatoris copia haberi nequeat, res autem ita comparata sit, ut ulteriorem moram absque imperij incommodo & lesione non patiatur, tunc*  
*optimo*



optimo jure bellum adversus hostem erit movendum.  
 Quà ratione semper bellum gerere licere cum Turca &  
 Hispano tanquam communibus hostibus opinatur Al-  
 beric. Gentil. l. jure belli c. 14. Sic & inferre bellum li-  
 cet ex iisdem causis, quod & ipsam speciem defensionis  
 habet, puta si aliter nobis esse non licet, si negentur ea  
 qua juris gentium sunt, si laeditur jus hominum privato-  
 rum, si vera & pura religio nobis adimitur, & hereses  
 inducuntur. Hodie Principes & Ordines die Herrn Sta-  
 den/ libera civitates imperiales, die Keyserlichen frey-  
 en Reichsstadt / jura confinia, ut delectum agere auß-  
 mustern/ ad arma aconvocare auffmahnen/ jure terri-  
 torij usurpare possunt Rnichen/ de iure territ. c. 3. n. 364.  
 Sic & nobilitas libera Die freye Ritterschafft in Fran-  
 cken/Schwaben/ Rheinlanden/ut & alia collegia in im-  
 perio conventionem publicam secundum aurea bulla pre-  
 scriptionem tit. Von zusammen Verbündniß/ coalue-  
 runt, qualis est societas foederis Suevici, Die Gesellschaft  
 S. Georgen Schildes Warem. ab Erenberg. de foed.  
 c. 2. n. 39. & seqq.

### XIII.

Electores aliq; inferiores Principes absque  
 specialis venia impetratione pro salute & incolumi-  
 tate imperij singulis annis conventum agere  
 possunt.

Text. express. in aurea Bull. c. 12. Matth. S. epl.  
 de jurisd. lib. 2. c. 5. n. 53. Arnif. de jure majest. lib. 2. c. 2.  
 n. 3 & c. 4. in fin. Hoc in capitulatione Electores sibi  
 ab Imp. stipulari, Imperatoresque hisce formatibus  
 permittere solent: Wir lassen auch zu das die sechs  
 Churfürsten je zu guten nach vermög der guten Bul-  
 len vnd ihrer Berechtigkeitt des H. Reichs zu ihrer  
 Not-



Nottuerff/ auch so sie beschwerlich obliegen haben/ zu-  
samen kommen mögen/ dasselbe zu bedencken vnd zu be-  
tracht schlagen/ daß wir auch nicht verhindern noch ir-  
ren/ vnd deßhalb keine vngnad/ oder widerwillen  
gegen ihnen semplich noch sonderlich schöpfen oder  
empfehen/ sondern vns in dem vnd andernder gülden  
Bull gemess gnediglich vnd unverweßlich halten sol-  
len vnd wollen. *Hodierno quoq; tempore Principes, Co-  
mites, civitatesq; Hanseatica conventus indicunt &  
celebrant, absq; ulla venia impetratione. Conventus e-  
nim isti sepe numero salutem Reipub & bonum publicum  
concernunt Farinat. in prax. crim tit 4 q. 113. n 157.  
Cravett. conf. 4 n 14. & seq Bald. conf. 319 lib. 2. quem  
allegat & sequitur Borch conf 9 q. 4.*

XIV.

Prohibentur autem absque Imp. autoritate  
cum extraneis confederationes (a) inire, quæ fiunt  
in præjudicium imperij (b.)

(a) Reichsabsch. de Anno 1555. S. Setzen demnach  
ordnen vnd wollen/etc. *Aurea Bull. c 15 l 15. C. de Episc.  
& Cleric. l 5. C. de his qui ad Eccles. confug. l. 1. & l 2 ff de  
colleg. illicit. l. 1. & 2. & facit text. in c. conventicula de  
pace juram. firm. & ibi Bart. in verb. occultè Myns. cent.  
6. obs. 2. n. 1. & 2. Clapmar. lib. 3. arcan. Rerump. c. 13. in fin.  
Bodin. de Repub. lib. 3. c. 7. Arnis. de jure majest. lib. 2. c. 4.  
n. 16. & seq. Job. Borcholt. conf. 9 q. 4. part. 1. Roland. à  
Valle conf. 17. n. 52. lib. 2. (b) Hieron. Laurent. decis.  
Avent. 128. n. 4. dicit: *Civitates duas non posse se unire  
absq; Imp. consensu maximè cum exteris & in præjudi-  
cium imperij per text. in handlung des Landfriedens  
de Anno 1495. Rubr. Die Königl.che Mayt. sol kein  
Krieg anfangen/. Vbi expresse statutum est, Das die  
Chur-**



Churfürsten/ Fürsten vnd Stände des Reichs ohne wissen vnd willen Jährlicher versammlung kein Bünd- nüss oder vereinigung mit frembden Nationen ma- chen sollen/ die dem Reich zum nachtheil/ schaden / oder zu wieder sein möchten. *Et in aurea Bull. c. 15. §.* Wir sollen vnd wollen auch alle vnzimliche hässige Bünd- nüssen/etc *Ista autem confœderationes permittuntur, quæ fiunt ad aliquod bonum, puta si quis timeret se oppressum iri à suo adversario, cum defensio tam rerum quam personarum licita sit. Et juris naturalis l. ut vim ff. de J. Et J. l. i. C. unde vi. Cammergerichts Ord. p. 2. tit. 9. §.* So jemand etc. *Insuper quando quis timet se spoliatum iri, potest fœdus cum alijs inire quò resistere queat spoliatoribus ne eijciatur l. 3. §. eum ff. de vi Et vi arm. Hinc Anno 1553. in judicio Camera confœderatio- nes Episcoporum Wirtzburgk Et Bamberg Et civitatis Norinbergk contra Marchionem Albertum pro licitis iudicata sunt Warem ab Exenberg lib. 2. c. 2. de fœder. Farinac. q. 113 n. 38. licitarum confœderationum exem- plum ponens in illis quæ fiunt in defensione corporis Et bonorum. Accedit Menoch. conf. 32 n. 3. 4. Et 27. qui di- cit confœderationem absq. imp. consensu pro rerum de- fensione fieri posse.*

XV.

Confœderationes quas hodiè faciunt civita- tes Hanseaticæ, si ad eorum defentionem fiunt, ju- re subsistunt.

Confœderationes istæ <sup>1</sup>Carolo IV. confirmata le- guntur apud Warem. ab Exenberg/ in mediam. pro fœ- der. c. 2. n. 44 Et in rescriptis Camera Imperialis, nec non etiam in Recessibus Imperij passim approbata de Anno 1542. §. Demnach IBIDergleichen auch die Hânse  
S
vnd



vnd Seestädte & versic. Steuereil es aber ansehnliche vermögende Städte Anno 1576. S. Wir wollen auch & Anno 1594. S. dergleichen versic. zusamt den Hânse vnd Seestädten. Et quamvis fœdera regulariter prohibentur tot. tit. de colleg. & corp. Aurca Bull. Carol. IV. tit. 15. edita Anno 1356 id tamen non obtinet cum natura ipsa ad defensionem nostri nos invitet, & ad fœdera descendere jubeat, cum bonum publicum id exigat. Sic ordinatio Camera contra pacem publicam lesa oppressivè, ablata vi armorum raptori extorquere, & ab hoste qui ipso jure & facto pœnam banni incurrit violatæ pacis pœnam reposcere permittit, idq; in continenti, vel cum amicorum & confœderatorum copia datur Cammergerichts Ord. p. 2 tit. 9. S. So jemand vers. aber den beschädigten IBI sein Freund vnd Helffer Gail. de P. P. lib. 1. c. 16. n. 14 in fin. Vnde de ejus equitate dubitare non licet. Quantus conventuum Hanseaticorû splendor, quanta dignitas fuit, & quod non semel splendidissimis suis legationibus Imperatores, Reges, Principes eos invisere dignati fuerint, id ex Recessibus imperij de Anno 1566. S. Die An vnd Seestädte belangend / luce meridiana clarius est. Et quid? paucis ab hinc annis Anno nim. 1598. uno eodemq; tempore Imperatorum, Regum, Hispanicum & Polonicum legatos comitijs Hanseaticis interfuisse omnibus ferè constat.

#### XVI.

III. Majestatis jus est cudendæ monetæ

Jus monetæ consistit in percutiendi, probandi, reprobandi & mutandi arbitrio ex salute Reipub estimando Reichsabs. de Anno 70. S. obò denn auch in verb. wie wir selbst Sixtin c. 9. n. 42. de regal. Hoc jure nullum post legem magis in Reipub. necessarium est Arnis. lib. 2. de jure

re



re majest. c. 2. Bodin. lib 1. de Repub. c. 10. Ut lex ab Impe-  
ratore pendet, per eum est, aut non est: Ita quoque num-  
mi essentia non aliunde quam ab Imperatoris autorita-  
te & arbitrio pendet. Monetam itaque cudere est jus im-  
perij, adeoque ut nemini privato competat. Hinc Commo-  
dus Perennium familiarem suum pœnâ capitis affecit,  
quod nummos publica sua imagine signasset. Idem de Re-  
ge Persarum refert Herod. qui eandem ob causam Ari-  
andrum Prefectum Ægypti securi percuti jussit. Et de  
Ungarorum politia Otto Frising. Nullus, inquit, in tam  
spatioso ambitu Rege excepto monetam habere audet.  
Hinc Poeta quidam:

Rege figuratam Regis patet esse monetam  
Casaris, & Domino sub Casare fulget imago.

Porro jus cudende monetæ de quo est in l. 2. C. de fals. mo-  
net. etiam dicitur esse de reservatis Imperatoris, adeo ut  
Domini inferiores nequeant cudere monetas, nisi illis sit  
ex singulari & speciali privilegio concessum Afflict. in c.  
1. Quæ sunt regal. Boss. in tract. de monet. in prin. Facit  
const. Carol. V. Anno 1524. promulgata | Dergleichen hat  
der Würtz halber & Anno 1551. tit. 5. So haben wir uns  
auch versic. Dergleichen die jenigen / so von uns oder un-  
sern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Würtz ge-  
freyet sey / sollen solche Würtz freyheiten niemand an-  
ders wer die weren verkauffen / verleihen / oder in ander  
wege vergönnen etc. Ferdinandi neue Würtzordnung  
Augsp. Anno 59. circa fin. Ferner als sich auch Item 5.  
were es auch sach das einer ect. Reichsabsch. zu Augsp.  
1566. 5. Wiewol auch vielfeltige etc. Reichsabsch. zu  
Speyer Anno 1570. 5. Damit aber übermässige. Quod  
vero Civitates Imperiales, Itemque Duces caterique prima-  
tes imperij hoc jure utuntur, non nisi ex privilegio vel



vicario jure habent. Ejusq; rei certissimum argumen-  
tum est, quod censura Imp. moneta eorum subiecta sit,  
& cognitioni circularum singulorum, quibus ea de re  
publicè inquirendi potestas est.

### XVII.

Sed quid? an Electores sive Principes infe-  
riores suis in terris monetæ valorem augere vel  
minuere queant?

Quamvis ad solum Imp. hoc spectet arg. l. 1. & 2.  
C. de vet. numism. passim tamen id ab inferioribus fieri  
videmus, proq; ea sententia respondet Dn. Cothman.  
conf. 36. n. 176. & seq. cum eius sit moneta valorem præ-  
stare cuius est cudere. Sanè in Recept. imper. Magistra-  
tibus permissum est, particularia Edicta moneta alia fa-  
cere, si modo non fiant contra ordinationes imperij ut  
in Reichsabsch. de Anno 1594. S. darneben sollen & An-  
no 603. S. vnd weil fast allwege etc.

### XVIII.

Cum pœna eorum qui falsam monetam cu-  
dunt sit ignis, non incongruè hîc quæritur, nun-  
quid flammæ pœna in falsificatione monetæ  
inferioris Principis etiam habeat locum?

Weinliche Halsgerichts Ord. Carol V. art. III.  
IB Idie sollen nach gewonheit vnd satzung der Rechte  
mit dem Feuer vom Leben zum Tode gebracht wer-  
den/ l. 2. C. de fals. monet. 1. Cum inferiori Principi  
potestas cudenda moneta sit concessa, & si quis sub no-  
mine istius Principis vel Civitatis monetam formet, cri-  
men majestatis locum habet & pœna mortis irrogatur  
Knichen tract. de jure Duc. Sax. c. 5. rubr. de regal. verb.

Wintz=



Wüntzfreiheit. 2. d. Const. crim. Carol. V. art. 111.  
rubr. Straff der Wüntzfälscher / de falsa moneta, Von  
fälscher Wüntz / generaliter ingemein disponit,  
nec monetam Imp solùm exprimit I B I. Welche falsche  
Wüntze machen / die sollen etc. 3. Arnis. de jure ma-  
jest. lib. 2. c. 7. rubr. de potestate in rem nummariam n.  
10. in fin. dicit: quod frustra querat Harprecht. S. item  
L. Cornelia de fals. Inst. de publ. Judic. quâ pœnâ puni-  
endi sint, qui Principum aut Civitatum monetam cor-  
ruperint? quia & hæc imperij moneta est, & non à Ci-  
vitate quæ cudit, sed ab imperio auctoritatem habet.  
Nec Carol. V. in d. art. 111. distinguit inter monetam  
Imp & alterius Principis seu civitatis sed equali pœnâ  
adulteratores utriusq; persequitur Reichsabsch. de An-  
no 1551. S. So haben wir / Et de Anno 8 alodenn auch etc.

### XIX.

Eâdem ignis pœnâ puniuntur, qui falsam  
monetam ab alijs dolosè acceptam, in aliorum no-  
cumentum fraudulenter exponunt.

Carol. V. in sua const. crim. art. 111. constituit eos  
qui ex causa permutationis vel simili falsam monetam  
conquirunt, & cum detrimento aliorum expendunt  
comburendos esse, & sic eâdem pœnâ plectendos, quâ af-  
ficiuntur illi qui falsam monetam cudunt. Observan-  
dum etiam est, difertè ab eo annecti hæc verba gefehr-  
lich und bößhafftiglich atq; ita hanc pœnam coarctari  
ad eos, qui dolosè ea ratione pecuniam expendunt Vlp.  
l. Cornelia 9. S. eadem lege ff. ad l. Cornel. de falsis Fari-  
nac. prax crim. p. 5. q. 115. n. 153. & seq. Ubi ab hac opinio-  
ne tanquam communiter recepta minimè recedendum  
scribit Moller. lib. 2. semestr. c. 35 ubi notat non sufficere



*manet autem mutata esse sed etiam dolo malo ex-*  
*pensam.*

2. Landrecht lib. 2, art. 26 in versic. gibt einer einen  
falschen Pfennig auß / daß er damit kauffen wil / es  
geht ihm an sein leben.

3. Jus civile Hamburgensium art. 4 IBI Wer raht  
vnd that zum falschen Wüntzwerck gibt / oder auch sonst  
vorsätzlich vnd wissentlich falsche Wüntze zu verwechseln  
vnd vnter Leute zubringen sich kundbarlich anmasset /  
sol mit dem Feuer am Leben gestrafft werden.

4. Rixbeckisch Stadtrecht lib. 4. art. 5 tit. 12. IBI  
So jemand betroffen / daß er von einem falschen Wün-  
tzer Wüntze von falschen Golde vnd Silber wissentlich  
vnd böshafftig auffgewechselt vnd in außgeben die  
Leute betrogen / so sol er mit dem Feuer gestrafft vnd  
die Wüntze so wol alles betroffene Gold vnd Silber  
auff dem Warckt verbrant werden.

XX.

Magistratus certè qui monetæ adulteratores  
& corruptores non punit, privilegio & jure euen-  
di monetam privatam (a) vel extraordinariè puni-  
tur. (b)

(a) Reichsabsch. zu Speyer de Anno 1570. S. da a-  
ber jemand ander gestalt IBI darneben seine Wüntz-  
gerechtigkeit ohne ferner erkänntniß verlustig sein P.  
G. O. Carol. V. art. III. Rabr. Straff der Wüntzfälcher  
IBI so mit der Herrschafft wissen vnd willen das ge-  
schehe / so sol dieselbe Herrschafft ihre Wüntzfreihelt  
verwirckt vnd verlohren haben / Const. Carol. V. Anno  
1551. edita S. als die Wüntzgerechtigkeit keine mercantz  
sondern vnser Keyserlich Regal so die Wüntzstünde auß  
vnserm sondern vertrauen nicht zu ihren selbst gesuch-  
ten



ten Vortheil/sondern wie wir selbst dem H. Röm. Reich  
zu ehren vnd wolffahrt gebrauchen sollen / demnach bib-  
lich/ wer sich vnser Regal vntrewlich mißbraucht / daß  
er sich dessen selbst dadurch vntwirdig macht vñ entsetzt.  
(b) *In decem marcas puri auri condemnatur* Reichs-  
absch. zu Augsp. de Anno 1566 S. Wir ordnen vnd wol-  
ten auff den fall die Obrigkeiten hinter denen solche v-  
bertreter der Wäntze gefessen in diesem sich seumig ge-  
gen denselben straffbar erzeigen / oder sich selbst der  
sachen theilhaftig machen würden/ das alodann durch  
die Kreiß vnter denen die seumigen gefessen deren vber-  
fahung halb vnserm Cammer *Procurator Fiscal* noth-  
wendig anzeig beschehen / vnd wieder die gedachter  
Fiscal zur *declaration* der Peen / nemlich 10. Mark  
löttiges Goldes die wir hienit zur straff auffgesetzt  
haben wollen *procediren*, vnd in vnserm Keyserlichen  
Fiscum einbringen sol.

#### X XI.

IV. *Majestatis jus est extrema provocatio.*

*Extrema provocatio est jurisdictionis inferioris  
Judicis per legitimam invocationem superioris in eo-  
dem iudicio factam suspensio, & semper cum ordine ma-  
gistratum ascendit, donec ad summam terminetur po-  
testatem Nov 23. c. 4. l. 2. C. de jurisd. olim à Praefecto  
Prætorio appellari non licuit l. 30. C. de appell. l. 1. §. 1 ff. de  
offic. Praefect. Prætor. l. 1. §. f. ff. à quibus appell. non licet  
l. 3. C. de offic. Praef. Prætor. Orient. l. Praefecti ff. de mi-  
nor. l. unic. C. de sent. Praef. Prætor. Cujac. 21. obs. 33. Heig.  
lib. 1. q. 10. Et Dictatoris ea fuit potestas, ut ab eo provo-  
cari non licuerit Liv. lib. 2. Edictum nempe illius pro-  
munere semper observabatur Idem lib. 8. nec adversus  
Dicta-*



Dictatorum vim aut Tribuni plebis aut ipsa plebs attol-  
lere oculos aut hiscere audebat lib 6. Hodiè provocatio  
nulla datur ulterior nisi ad Imp. nec major invenitur,  
ad quē eatur l. 1. § 1 ff. à quibus appell non licet. Propterea  
meritò hoc jus ad Imperatorem velut summum Iudicem  
pertinet l. 2. §. 16. ff. de O. I. talis enim est, ad quem po-  
stremo appellatur l. fin §. 1. de appell. recip. c. quia nos 32.  
de appellat. adeo ut nullo tempore jus illud à Duce, Co-  
mite vel Marchione prescribi posse putet Covar. in re-  
lect. c. possessor §. 2. n. 10. & pract. quest. c. 4. n. 1. & Prin-  
cipem salva superioritate jus appellationis recipienda  
nequaquam à se abdicare posse existimat Bodin. lib. 1. de  
Repub. c. 10. Myns. 1. obs 14. Arnis de jure majest. lib. 2. c. 4.  
n. 3.

## XXII.

Et certè ab Imperatore malè informato ad  
melius Informandum appellare licet.

l. 1. in pr. versic. quid ergo IBI quia non adversus  
Principem sed adversus & c. ff. Quando appell & c. c. bi-  
duum 29. versic. rursus IBI quia non adversus Principes  
q. 6. Weinmarischer Bericht von dem Sächsischen Pra-  
cedentz streit part. 1. circa fin. Et sic Principes & Duces  
Lunenburgenses Henricus & Wilhelmus in causa inter  
ipso ab una & civitatem Magdeburgensem ab altera  
parte vertente Anno 69. ab Imp malè informato ad me-  
lius informandum provocasse notat Dn. Dauth. de te-  
stam fol. 68. n. 36. in fin. Eodem quoq. modo D. Lutherum  
sanctæ memoria Anno 18. à Papa malè informato ad me-  
lius informandum notat idem Dauth. d. loco. Vbi monet  
hec prejudicia notanda esse. Et sic legimus appellatum  
aliquandò esse à Rege somnolento & temulento ad Re-  
gem vigilantem & sobrium Valer. Max. lib. 6. c. 2. de mu-  
liere



liere quadam refert, qua à Philippo Rege temulento innocenter damnata, provocarem inquit à Philippo ebrio ad Philippum sobrium, quo dicto excussit crapulam, & diligenter causa cognita iustiore sententiam ferre coegit.

XXIII.

Non vero ab Imperatore ad Papam.

Ipse Pontifex à Iudice seculari ad se appellari posse negat in c. si duobus §. deniq; de appell gl in c. quoniam in verb. discrevit distinct. 10. & in c. cuncta verb. de quilibet §. 3. Et contra delegatos Pontificis, appellationes recipientes mandata avocatoria in Camera frequentissime decernuntur, ne seculares cause paulatim extra imperium Romanum trabantur Cammergerichts Ord. p. 2. tit. 7. IB Idoch dieselben auß dem Reich / etc. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 1. m. 2. n. 197. secularis enim jurisdictio uti ab imperio non à Pontifice fluit: Ita eadem rursus ad imperium tanquam ad fontem refluat juris rationi consentaneum est. Et ut jurisdictionum confusio vitetur, adeoq; consuetudo multis in locis pessimo exemplo sub pretextu prorogationis recepta, ut in profanis ad Papam appelletur, corruptela nomine digna est, per ea qua notat Myns. cent. 1. obs. 14. Henricus III. Sacerdotibus Thuringis extrema omnia minatus est, si ad Pontificem provocarent Sigon. lib. 9. hist. Ital. Conradus Rom. Rex Traiectenses, quod ad Pontificem Romanum provocassent lese majestatis reos pronunciavit Otto Frising. de rebus gest. Frid. Imp. Decretum quoq; Senatus Parisiensis eos pro reis majestatis habet, qui à lege per Regem lata ad Papam appellant Costal. ad l. de quibus ff. de LL.

D

Po-





## XXIV.

Potius ad Imperatorem (a) vel eius & imperij locum tenentem Cameram scil. appellatur (b) nisi indultum fit ijs jus de non appellando vel omnino (c) vel sub certa pecuniæ summa, (d)

(a) Quod ab Imp. non appelletur, à sola ipsius summa potestate dependet, stultumq; illud admonere à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur Vlp. in l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic. neq; appellari à Principe c. 1. Et propterea sancimus Nov. 13. Hinc Princeps dicitur summus Judex, talis enim est ad quem postremo appellatur, prout nec à lege ejus appellari potest l. fin. §. 1. ff. de appell. recip. c. quia nos 32. de appellat. (b) Imperatoris loco devolvitur appellatio ad summum tribunal vulgo das Keyserliche vnd des H. Reichs Cammergericht/ quod ipsum Imperatorem quoad justitiæ administrationem representat Cammergerichts Ord. p. 1. tit. 3. Bodin lib. 1. c. 10. Arnif. de jure majest. lib. 2. c. 4. n. 1. Et seqq. Heig. lib. 1. q. 9. Althus. c. 29. polit. (c) ab Electoribus Saxonia nec à sententijs aliorum Ducum Sax. nomine promulgatis appellari potest propter verba. So in der Chursfürsten vnd Fürsten (NB.) zu Sachsen vnd derselben Erben namen vnd Hoff gesprochen vnd eröffnet werden Knich. de Sax. jure non provoc. verb. jus c. 2. n. 22. Et seq. Et verb. provoc. nescium Heig q. 4. n. 42. Sixtin de regal lib. 1. c. 5. n. 15. Ab Electore quoq; Brandenburg. omnino non potest appellari. (d) generaliter appellatio ad Cameram interdicta est, nisi summa consistat vnter 500. Gulden Hauptgeldes Cammergerichts Ord. p. 2. tit. 25. §. Vnd sonderlich. Specialiter sub  
certa



*certa aliqua pecunie summa videlicet Augustæ inter-  
dictæ appellationis summa 400. flor. Rhen. Anno 1541.  
Bremæ 600 flor. Anno 1541. 44. 46. Colonia 300 flor.  
in auro Anno 1514. 51. Colmaria interdicta appellatio  
infra summam 50. flor. Anno 1510 Francofurti interdi-  
cta appellatio in debito liquido confessato vel aperto nisi  
summa excedat 200. flor. Anno 1512. § 68. Hamburgi  
interdicta appellatio in causis debiti confessati valore  
600. flor. in auro non excedentibus Anno 1554. Lubecæ  
summa appellabilis 200. flor. valoris Lubecensis. Mag-  
deburgi 000. in Wüntz. Brunsviga 500. in auro. Cum  
vero in Camera Imperiali indies augeantur lites, sæpe  
augentur & mutantur ista prænominata summa. Vnde  
in Brunsvicensi Ducatu usq; ad 800. ventum fuisse testa-  
tur P. Denaisus de jure Cam. Wilhelm. Roding. pan-  
dect. Cameral. lib. 1. de jurisdictione Cam. tit. 20 plenius ex-  
plicat autor der nothwendigen erinnerung auff die  
Donawertische information part. 1.*

### X X V.

Cum itaq; Imp. per utrumq; judicium Auli-  
cum sci' icet & Camerale jurisdictionem suam ex-  
erceat apud pios & studiosos sacrae majestatis asser-  
tores dubium esse non poterit quin alterum cum  
altero in jurisdictione concurrat.

Quando concurrunt due jurisdictiones, tunc que-  
libet eam habet in solidum & locus est preventioni & de-  
volutioni per text. in c. plures de offic. deleg. & in l. si quis  
postea ff. de Jud. Nã etsi ad Imp. appelletur, & appellatio  
von dem Reichs Hoffraht recipiatur, tamen potest Imp.  
causam ad Camerã remittere, idq; ex eo, quod jurisdictio  
Imp. & Camera quoad justitie administrationem ex



voluntate sua majestatis & contractu statuum concurrere sit. Et licet Camera jurisdictionem consecuta fuerit per contractum, eam tamen cumulativè habet quoad Imperatorem **Schwanman decis. Cam. 4.** Nec dici potest contractus cum Imp. & Cameralibus intercessisse eiusmodi quo minus Imp. jurisdictionem Camera per privilegia statibus Imperij indulta, vel in totum, vel quoad certam summam, certasq; causas ab ijs ad illam non appellandi nec evocandi illorum subditos limitare ac restringere eiusq; jurisdictioni præjudicare queat **Sammerg. Ord. p. 2. tit. 1. Gylman. tom. 4. Symph. p. 1. vot. 35. n. 35 f. 309. Paurm. de jurisd. c. 5. n. 32.** Nec illa verba **Ord. Cam. p. 2. tit. 35. IBI** daß dem Sammergericht sein starcker lauff gelassen werde etc. Imperatorie jurisdictioni aliquid detrabunt, sed potius confirmant, quando in Camera sub Imp. nomine ac sigillo omnia mandata monitoria, rescripta, executorialia, commissiones & Processus emanant ac promulgantur **Paurm. d. c. 5. n. 18. Sammergerichts Ord. p. 1. tit. 27. IBI** das alle vnd jede sachen die ohne mittel der Keyserlichen Jurisdiction vnterworffen / vnd von derselben nicht durch sondere außträge außgenommen / an dem Sammergericht vorgenommen werden sollen / *Vt vel inde pateat, Imperatori dictarum causarum cognitionem non esse tacitè ademptam, sed potius permissam quò facit ord. Cam. tit. 27. vbi dicitur: In causis, que ad Imperatoris cognitionē pertinet, Camerā judicare. Et cum in ord. Cam. id expressum nō invenitur, ideo nec præsumendū est, Imperatori de suprema sua jurisdictione quid detractū. Quemadmodū igitur alie Curie majores representant quidem Principem, sed ejus autoritatē non vincunt: Ita & Camera licet communi Imperatoris jurisdictione utatur,*



utatur, istamq; ejus nomine exerceat, eum tamen ab ipso  
non excludit, nec potest absolutam ipsius jurisdictionem  
usurpare Thom. Mich. de jurisd. th. 32.

XXVI.

V. Majestatis jus est creandorum magistra-  
tuum (a) & ex hoc promanavit Regalis splendor  
(b) Ducalis autoritas (c) nobilitatisq; privilegia in-  
de suam originem traxerunt (d.)

(a) ~~ad~~ Imp. rectè dicimus pertinere potestatem  
constituendi Magistratus & ejus esse hoc Majestatis jus,  
ut à quo tanquam sole reliqua dignitates tanquam radij  
prodeant. Vnde apud Petrum de vineis lib 6. Epist. 26.  
Imp. Fridericus I I, in privilegio Duci Austria concessio  
De fulgore, inquit, throni Casarei, velut ex sole radij:  
Sic cetera prodeunt dignitates, ut prima lucis integri-  
tas memorati numinis non sentiat detrimentum tantoq;  
magis Imperiale sceptrum extollitur, & tanto magis  
cura regiminis sollicitudinibus obruitur, quanto tribu-  
nal ipsius digniores in circuitu circumspicit consimiles  
regiones Peucer 4. Chron p. 900. (b) Boleslaus ab Ot-  
tone III. Rex Polonia creatus est imposito ei tributo  
Peucer, 4 Chron p. 777. Petrus Rex Dania à Friderico  
I. Imp. regio titulo exornatus est Trithem. c. 17. Italia  
olim fuit regnum imperij Otto Frising. Chron lib. 7. c. 19.  
Regnum etiam Bobemia, ut est imperij Electoratus:  
Sic & ejusdem feudum esse memoria proditum est ab  
Abbate Vrsperg in vita Frid. I. Sic & alia regna repe-  
riri, quae & olim feuda extiterunt, & ex parte adhuc  
hodiè feuda manent, quod ex historijs apparet, de qua  
praeter alios vide Bodin. de Repub. lib. 1. c. 9 & Hottom.  
de feud. c. 9. ex Crantzio Sigeberto & alijs Historicis id  
comprobantibus. (c) Marchionatum Austria Duca-



tus dignitate donavit Fridericus I Peucer 4. Chron.  
Sic etiam ex ordine Comitum in sublimiorem Ducum  
Imperij sedem Sigismundus Imp. collocavit eos, qui nunc  
sunt Sabaudia & Clivia Duces Peucer 4. Chron p 1172.  
Bodin de Repub. 9. pag 200 Sic Rudolphus II. Anno 1595.  
bellatorem heroicum Transylvania Waiwodam Sigis-  
mundum Bathoreum propter heroicam virtutem, qua  
multoties admirabili cum successu contra Turcicum ex-  
ercitum pugnavit, Principem Romani imperij creavit.  
(3) Rectè appellatur Imp. nobilitatis & dignitatis fons  
Dd. arg. l. 3 de natal restit. Schrad 4. de feud. c. 1. n 2.  
arg text. 2 feud 10. I B I à Principe. Et instar sacrilegij  
est, negare Principis potestatem & facultatem in con-  
cedendis dignitatibus l. sacrilegij 5. C. de divers. rescript.  
Fit enim dignitas, que Impp. jubentibus sustinetur in  
1. nemo 5. C. de dignitat l. Impp 13. §. 1. I B I ut principes  
indulgere ff. de Decurion.

## XXVII.

VI. Majestatis jus est Academias erigendi ac  
concessis privilegijs immunitatibusq; confirmandi.  
Zaf. p 5. de feud. n. 14 Sonsbec. p. 8. de feud. n 19.  
Dn. Vult. de feud. c 5. n. 7. Dn. Pruckman. de Regal. c 3.  
n 2. Cammergerichts Ord. p. 1. tit. 3. §. deßgleichen sol-  
len die Besitzer I B I In Universiteten welche von un-  
sern Vorfahren Römischen Keysern vnd Königen oder  
Itzigen Keyf. Sayt. oder vno confirmiret. Pontifices hoc  
jus satis sibi vindicare conati sunt, cum potius ad eum  
pertineat cui incumbit operam dare, ne qua illicita ir-  
rumpant in Repub. collegia, imprimis talia, ex quibus to-  
ti Reip. præjudicium oriri potest. Nec probo illorum opi-  
nionem, qui pro Academijs non habendas esse statuunt  
eas, que Papalibus privilegijs non sunt confirmata, maxi-  
ma enim hac in parte florentissimis quibusdã Germania



Academij's injuria inferretur ut Marpurgensi à Philippo Landgravio Anno 1526. Jenensi à Joban. Frid. 1. Elect. Sax. An. 1548. Julix Helmstadianæ à Julio Duce Brunsvicensi & Luneb. An. 1576. & Giesenti paucis ab hinc elapsis annis An. 1607. 7. Octubr. à Ludovico Landgravio Darmstad. erectæ. He omnia privilegia omnesq; immunitates, quas alia habent ab Imp. adeptæ sunt, in primis creâdi Doctores, Licentiatos, Magistros, creatio Tabellionum sive Notariorum, itemq; Poetarû Laureatorû c. m. petit Comiti Palatino, cui ab Imp. hoc jus concessum est, Bald. in c. 1. n. 2. Quis dicatur Dux, Comes vel March. Specul. de procurat. S. ratione n. 1. per S. si vero ignoti in Auth. de testibus l. generali C. de tabulis.

### XXVIII.

Hic non in elegans oritur dubitatio: An Magistratus Academicus ex Auth. habita C. ne filius pro patre habeat merum imperium?

Sunt qui affirmant, sunt qui negant Hugo Donell. & Scipio Gentilis alijq; non postremi Icti in quibusvis id est civilibus & criminalibus causis Magistratum Academicum admittunt, atq; sic ex b. Auth. illis non modo simplicem jurisdictionem & mixtum imperium, sed merum etiam, quod in criminibus coercendis & puniendis occupatur competere, defendunt. A quorum sententia nos planè dissentimus, & cum Heig. p. 2. q. 11. Hier. Muscorn. n. 76. de jurisd. respondemus d. Auth. habere locum cum agitur de causis civilibus quando irrogatur pœna pecuniaria, secus quando irrogatur pœna corporalis, quæ Magistratui Scholastico planè denegamus. Nec vocabulum LITIS ad criminales sed ad pecuniarias & civiles causas referendum esse innuit Vlp. quando inquit: LITIS nomen actionem semper significare sive rem sive personam sit l. litis nomen de V. S. Et verbum JURISDICTIONIS innuit ibidem civilem tantum cognitionem Magistratui Scholastico non criminalem.



Non enim ait Imp se concessisse merum imperium, sed jurisdictionem, per quam pœnam pecuniariam sive mulctam, carcerem, & relegationem intelligimus. Quædam autem Academia ex specialibus privilegijs & singularibus Principum concessionibus merû habent imperium ut Academia Parisiensis, Oxoniensis, Ingolstadiensis, Tubingensis, Heidelbergensis, itemq; Lipsiensis hoc peculiare habet, ut non tantum in urbe Lipsia deprehensæ sed & extra ad tres dietas à Magistratu istius loci capti Rectori advocanti ad cognitionem & pœnam remitti debeant addit. ad decis. Coler. 29. Lutetia Parisiorum illustre extat præjudicium pro Academia ejusdem privilegij observantia, ubi præfectus urbis duos Scholares suâ sententiâ damnatos, & suspensos defurcâ tollere, defunctos osculari, & honorifice sepelire coactus fuit, quod ad huc perpetua memoria gratia ibidem in Cœnobio quodam cernitur Thom. Mich. de jurisd. tb 96. P. Denais. disp. de jure meri imperij.

XXIX.

VII. Majestatis jus est Imperatorem solum de feudis imperio immediatè subjectis posse cognoscere.

*Specul. Sax. lib. 3. art. 59. & 60. Et Carol. V. in ord. Regim. de Anno 1521. §. Und behalten vns bevoor die belehnung der Lehen vnd Regalien der jenigen/die sie vnter der fahnen öffentlich mit sondern solenniteten pflegen zu empfahen Schrad. de feud. part. 2. c. 2. n. 6. Schneidevv. de feud. c. 1. n. 30. Dn. Gædd. disp. feud. 2. tb. 15. Zas. p. 1. de feud. r. 1. Mozz. de divis. feud. n. 42. Wilhelm. Roding. pandect. Cameral. lib. 1. c. 7. Knich. in priv. jur. Sax. verb. Ducum c. 1. Gail. 1. obs. 1. n. 31. Dn. Petr.*



Petr. Frider. Mind. lib. 1. de process. c. 19. n. 8. Dn. Vult. lib. 1. c. 8. n. 10. Vbi feudum regale definit feudum nobile supremi Principis autoritate concessum cum regali dignitate. Feuda vero Ecclesiastica nempe Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum & Pralatorum non cum vexillis sed cum sceptro investiri & non Fahnen sed Scepterlehn à nostris vocari consueverunt Specul. Sax. lib. 3. art. 60. & Specul. Suevic. lib. 1. c. 1. §. 2. ubi utroq; in loco ita dicitur der Keyser sol leyhen allen Geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter vnd allen Weltlichen mit den Fahnen & in Sächs. Lehen Recht c. 20. in fin. Hottom. de feud. 2. c. 10. & 23. Obrecht. disp. feud. tb. 56. Sigon. lib. 10. de regno Ital. Crantz. lib. 5. Chron. Sax. c. 42. Spangenberg in Chron. Mansfeld. c. 216. Otto Frising. lib. 7. c. 14. & 16. Ex consuetudine olim feuda imperio aperta Imp. cui volebat in feudum dabat. Walde-  
maro Electore Brandenburg. sine liberis defuncto Ludovicus Bavarus Marchiam Brandenburgensem imperio vindicavit, & in ea filium natu majorem Ludovicum collocavit Peucer. lib. 5. Chron. c. 15. In Saxonia extincta familia Ursorum Sigismundus Imp. Electoratum Sax. Friderico Marchioni Misnia concessit, ex quò descendit modernorum Electorum prosapia Dresser. Chron. Sax. de Anno 1423. Spangenberg. Chron. Mansf. c. 311. Peucer. d. lib. 5. c. 15. Hodie autem si quæ sunt aperta feuda secundum capitulationem Carol. V. quæ habetur apud Sleid. lib. 1. imperio incorporantur, & in fiscum vel patrimonium publicum referuntur. Formalia Capitulationum talia sunt: Was auch vom Lehn dem Reich vnd vns bey zeit vnser Regierung eröffnet / vnd ledig heimfallen wird / so etwas mercklichs extragen / als verfallene Fürstenthumb Graff vnd Herrschafften / Städte vnd dergleichen /



chen/die sollen vnd wollen wir nicht verleihen/sonder  
zu vnterhaltung des Reichs vnser vnd anderer Nach-  
kommenden Keyser vnd König behalten/einziehen vnd  
incorporiren, biß so lang dasselbe wieder zu wesen vnd  
auffnehmen kömpt/doch vns wegen vnser Erbland vnd  
sonsten menniglich an seinen Rechten vnd Freyheiten  
vnschädlich.

XXX.

Si inter duos vasallos contentio oriatur de  
feudis imperij, penes quē erit cognitionis potestas  
*Hic nec Camera jurisdictionis, nec Austregarum be-  
neficium locum habet, sed penes Imp. solum jus dicendi  
& de feudis Imperij cognoscendi potestas remanet Cam-  
merg. Ord. p. 2. §. 1. I. B. I. Ob auch sachen vor helen/Für-  
sten oder Hertzogthumb belangent/so vom Reich zu  
Rehen rühren/so einem Theil gantzlich vnd endlich ab-  
gesprochen werden sollen/der selben erkentniß wollen  
wir der Key. May. abwesent vns als Römischer König  
hierin/doch sonst in andern sachen vnabbrüchig vorbe-  
halten haben/vñ mit denselbē auß dem Reich Teutscher  
Nation nicht ziehen *Dn. Vult. lib. 2. de feud. c. 2. n. 9. Gail.  
1. obs. 1. n. 31. Frider. Mindan. lib. 1. de process. c. 19. n. 8. Apo-  
log. in causa Juliacensi. Atq. ita cum Henricus Dux Lu-  
naburgensis, & Fridericus quem Imp. investierat, inter  
se de ducatu Saxonia contenderent, & Henricus à con-  
silio Basiliensi, Fridericus ab Imp. Sigismundo rem vellet  
definiri, rescripfit. Imperator ad consilium Basiliense hoc  
modo: Feudalis contentio per Dominum feudi ac pares  
curia terminanda est.**

XXXI.

Dantur autem feuda sub conditione certo-  
rum seruitiorum (a) & juramento fidelitatis (b)

(a) Ser-



(a) Servitia debent esse de re licita honesta & possi-  
bili, nec Vasallus quicquam suscipere cogitur, quod vel  
eius conscientiam, honorem, & existimationem ledere  
queat, nec ea, quae contra pietatem & contra bonos mo-  
res sunt, facere tenetur l. 5. ff. de condit. instit. Rerum e-  
nim turpium nulla est obligatio, sed comes summum sce-  
lus & dedecus l. 27. §. 4. de pact. l. 5. C. de pact. Dn. Vuls.  
de feud. c. 7. n. 40 Dn. Gædd. disp. feud. 3 th. 5. Feuda enim  
dantur ob benè merita & virtutem, Ideoq; promittit Va-  
sallus getrew oder diensthaftig zu sein wie einem auff-  
richtigen Lehnenman gehört vnd geziemt / id est, quod  
velit tueri personam, honorem & bona Domini etiam  
contra omnes nec consilio sciens adesse, quo ille ladi pos-  
sit. Hoc igitur juramento obstricti proprie Liebe Bo-  
trewe & vasalli non aliter atq; Latine Fideles appel-  
bantur c. 1. §. & quia cum seq. de bis qui feud. dare poss.  
c. unic. de content. inter Dom. & fid. & c. Gail. de  
arrest. c. 7. n. 13. (b) Fidelitas requiritur tam à parte  
Domini quam Vasalli, non enim gravabitur Dominus  
prestare id quod ab alio exigit. Atq; sic videmus ex com-  
muni totius orbis Christiani observantia Imp. Romanum  
omnesq; Reges prius obligationi suae correspectiva satis-  
facere quam homagium die Erb vnd Landhuldigung  
Pflicht recipiant. Atq; sic fieri videmus, ut in universo  
imperio omnes Electores, Duces, Principes in principio  
suorum regiminum im ersten antritt ihrer Regierung  
obligationi suae correspectiva ante omnia more maiorum  
wie etnes jeden orts löblich von alters herkommen  
vnd gewonheit satisfaciant, & postea hominia à  
suis recipiant, idq; ex natura & juris principio no-  
tissimo, quod agens ex contractu ultro citroq; obliga-  
torio,



torio, ante omnia obligationi suæ satisfacere teneatur. Et sunt homagia non aliter quam ut Domini à subditis in suo, & vice versa ut subditi à Dominis in suo statu conferrentur Vnde manavit illud vulgare: Getrewer Herr / getrewer Knecht.

XXXII.

Et hæc de majoribus dixisse sufficiat: nunc ad alia quæ non improprie inferioris majestatis jura dici poterunt, alij jura Regia sive Regalia appellant, quæ ex publicis bonis, ut vijs publicis (a) postis (b) fluminibus navigabilibus (c) metallorum fodinis (d) & salinis (e) percipiuntur.

Via publica,

(a) Triplex est viarum distinctio: Aut enim publica sunt per quas publice ire ac comere licet l. 2. §. via ff. Ne quid in loco publ. l. ult. in fin. ff. de locis & itin. publ. quæ vocantur via Regia Keyserliche freye / Reichs vnd Herrstrassen etc. Aut privata, quæ ad fundum alterius ducunt d. l. 2. §. privata 13. ff. Ne quid in loco publ. Aut denique vicinales, quæ in vicos ducunt, quæ etiam publica sunt, & Regalibus annumerantur, tum quod ea ab Imp. partim immediate partim mediate dependeant, tum quod singulari quadam protectione eas factas actetas conservet, ne à latronibus, plagiarijs, predonibus & furibus infestentur l. 1. §. summa ff. de his qui effud. l. 3. in fin. l. congruit de offic. Presid. Hinc jus per vias publicas euntes redeuntesq; conducendi introductum Germanice die gleitliche Obrigkeit auff freyer Keyser. Herr vnd Landstrassen gleiten / quando Princeps saluum conductum & pro ea securitate vectigal vel quid agium, ut vocant, accipit Electores hodie ad Comitium Francofurtum proficiscentes conduci solent Aur. bull. Carol. IV. c. 1. §. si quis autem Reichsabs. zu Augsp. 1548 auffgericht / S. ferner



S. ferner noch zu mehret Gail 2. obs. 64. Myns. 5. obs. 7.  
Wes. cons. 33. n. 3. & 10. Alius quoque est saluus conductus,  
qui delinquentibus concedi solet, de quo infra. (b) Po-  
starum etiam, quas cursus publicos dicimus, institutio  
Caesari reservata est Cuiac. ad pr. tit. de cursu publ. lib. 12.  
tit. 51. Hi non tantum summam utilitatem praebent iter  
facientibus, literasve alicubi mittentibus, sed etiam  
non parvum vectigal fisco inferunt, & praeter has omnes  
utilitates etiam ad securitatem Reip. plurimum faciunt.  
Hos igitur Cursores instituere ad regiam majestatem  
pertinet, sicut in Anglia & Gallia Regum autoritate  
introduciti sunt. In Germania sumptibus proprijs cui-  
dam generales postas per Belgiam & Italiam constitue-  
re adniti a Caesare pro hujus sua Majestati reservati  
juris tutione severe inibitum fuit Anno 1579. Magi-  
stro postarum officium ab Imp. confirmatum est Anno  
96. & 97. reliquis privatis & civitatum cursoribus vul-  
go Wezgerpost und Nebenbotten generali diplomate  
Imperatorio sublati Thom. Mich. de jurisd. th. 12. Matth.  
Steph. lib. 2. de jurisd. c. 1. memb. 1. n. 112. Clapmar. lib. 1.  
de arcan. imper. c. 21. Dn. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 42.  
(c) Flumina etiam inter Regalia numerantur, quatenus  
sunt publica & navigabilia & quatenus vectigalia inde  
pendantur. In flumina maximam habent potestatem  
Impp. & alij Principes, ut inde resultantes redditus omni-  
no fisco vindicare possit Bart. in rubr. ff. ut in flum. publ.  
navig. lic. P. Frider. Mindan. lib. 2. de mand. sine claus.  
c. 36. n. 6. Rauchbar. q. 23. n. 15. quia haec talia sunt in pa-  
trimonio eorum qui majestate gaudent, & iniquum cen-  
set Imp. Leo in Nov. 56. ut quis usu suarum rerum probi-  
beatur. (d) c. un. verb. argentariae 4. feud. Quae sint  
Regalia & c. Vbi non solum argenti, sed etiam omnis ge-  
neris

Posta.

Flumina  
navigabi-  
lia.

Metallo-  
rum fodi-  
na.



Salinae.

neris fodinae usq; ad vitriolum & alumen intelliguntur  
& inter regalia referuntur, Non tamen ipse fodina Re-  
galia sunt, verum ad eos, quorum in agris sunt, perti-  
nent l. sed si pecunia §. fin. cum l. seq. ff. de rebus eorum  
l. si cuius 13. §. inde questum ff. de usufr. l. fructus 7. §. si  
vir 13. ff. solut matr. l. forma 4. §. salinae 7. ff. de censibus  
Gæden de aur. & argent. fodin. cons 3. Per fodinas au-  
tem metallicas intelligimus tributum sive vectigal quod  
privati homines ex istis fisco Imperatoris prestare tenen-  
tur arg. l. inter publica 17. §. publica 1. ff. de V. S. (e) d. c.  
un. verb. Salinarum 4. feud. Quæ sint Regal. Quemad-  
modum ex fodinis: ita & Salinis redditus seu vectigalia  
fisco debentur, cum salinarum & fodinarum sit idem  
jus l. forma 4. §. salinae 7. ff. de censibus l. 1 in pr ff. Quod  
cujuscunq; universitatis nomine & c. l. sed si 3. §. fin. IBI  
argenti fodinas junct. l. magis 5. §. sed et si salinas 1. ff.  
de rebus eorum qui sub tutel. Scire autem oportet publica  
autoritate Principis certum in hujusmodi salinis redi-  
tum constitui, atq; ideo huiusmodi redditum salinarum  
soli esse Principis. Hinc non immerito Imp. Fridericus  
Salinarum redditum inter Regalia ac publica ve-  
ctigalia, quæ fisco debentur refert arg. l. inter publica §.  
publica 1. ff. de V. S. l. si quis C. de vectigal.

XXXIII.

Ex communibus ut est piscationum redditus  
(a) & venationem usus (b.)

Piscatio-  
num redi-  
tus.

(a) piscationum redditus ad Regalia pertinere pro-  
batur ex c. unic. verb. piscationum redditus. Quæ sint re-  
gal. feud. 4. D. Pruckman in §. venatio c. 1. n. 6. de regal.  
Dn. Sixtin de regal. c. 20. Noah Weuxer tract. von Jagt  
und Forstrecht p. 7. qui loquuntur de redditu publico  
qui ad ipsum Principem pertinet l. inter publica 17. §. 1.  
de



de V. S. per reditum itaq; piscationum intelligitur de-  
bigalquod ex piscationibus qua in mari & fluminibus  
publicis fiunt fiscus Imp. capit. (b) Jus venandi com-  
mune quidem omnibus ex S. fera Inst. de rerum divis. l. 1.  
2. & 3. ff. de acquir rerum dom. sed Principes id occupa-  
runt & prescripserunt Bocer. de regal. S. venatio imò in-  
ter regalia retulerunt Modest. Pist. consi. 14. n. 23. vol. 2.  
Menoch. cons. 3. 2. n. 31. Decian. cons. 22. And Knich. in  
comm. ad jux Sax. verb. Ducum Sax. c. 5. §. Wälde/  
Widdahne/Jagten Rosentb. de feud. c. 5. concl. 94. n. 6.  
Pruckman de regal. d. S. venatio Heig. q. 15. n. 44 & seq. q.  
Fach. lib. 1. contr. v. c. 1. Speckh. cent. 1. q. 97. Gregor. Wöhr  
de nigromente in tract. de venat. p. 1. c. 11. id quod tam  
ex hodierna Germania consuetudine, quam ex literis  
investiturarum, & alijs luculentis attestationibus appa-  
ret, ita ut subdisis vel. privatis jus venandi planè sit  
ademptum c. unic. vers. nemo retia. de pace tenenda &  
ejus violat. & feud. Wes. par. de acquir. rer. dom. n. 7.  
Cum enim dominium in locis publicis Principes habeant,  
in his ut suis prohibere venationem alijs possunt arg. l. 2.  
& de quadr. prescript.

#### XXXIV.

Utrum vero illicite venantes vel fericidæ Ger-  
manice die Wildtprättschützen/ capitali supplicio af-  
fici possint vel debeant non immerito dubitatur?

Jus Sax. expresse vetat penam vite aut corporis  
irrogare Landtrecht. lib. 2. art. 61. IBI da Gott den Men-  
schen schuff/gab er sin gewalt vber Vogel/Fische vñ alle  
wilde Thiere/darumb haben wir das ein Dhrkund von  
Gott das niemand sein leben an diesen dreien verwir-  
cken kan. Thoming & alijs statuunt, nunquã fas esse Iudici.

talis



*talia delicta gravius quam exilio punire, nec approbant  
 Scabinorum Lipsensium sententiam, que extat in jure  
 Sax. in fin. qui fericidam quendam ob feram captam ad  
 furcam condemnarunt. Que sententia (si modo Lipsen-  
 sibus est adscribenda) multis juris interpp. admodum  
 dura videtur, in primis cum contumacie causa talis non  
 sit, ut propterea mortis poena statim sit infligenda Boss. in  
 tract. crim. tit. de reis requir. n. 1. Coras. de juris arte  
 part. 2 c. 1. in fin. & c. 17. Heig. d. q. 15. n. 79. nec ulla pro-  
 portio, ob feram captam capite punire hominem Zoan-  
 net. lib. 2. C. de pact. inter empt. n. 192. Wes. par. de ac-  
 quir. rer. dom. n. 7. Schneidevv. in S. fere Inst. de rer.  
 divis. Si vero ex proeresi multiplicantur delicta, aut  
 ad venationem accesserit animus ladendi alterum, non  
 dubium est exasperari quoq; oportere poenam l. capita-  
 lium §. solent ff. de poen. §. 1. Inst. de vi bon. rapt. Fach lib.  
 1. controu. c. 1. in fin. Farinat. quest. crim. 23. n. 2. Noah  
 Weurer in d. tract. vom Jagt vnd Forstrecht f. 146.*

XXXV.

*Quæ ex privatis percipiuntur sunt bona erepti-  
 tia videlicet poenarum mulctarumq; compendia  
 (a) bona damnatorum (b) bona committentium  
 crimen læsæ majestatis (c) bona committentium  
 incestas nuptias (d) bona indignis ablata (e) & bona  
 vacantia (f.)*

*Poenarum  
 multa-  
 rumque  
 compendia* (a) *c. un. Quæ sunt regal. 4 feud. Et sanè hoc ipsum  
 quod inter regalia numerari debeant, & solius sint Imp.  
 Imp. mulctarum poenarumq; compendia, & in eius fis-  
 cum inferuntur. Huc spectat de mulctis rescriptum Imp.  
 in l. mulctarum C. de mod. mulct. ubi Imp. Theod. &  
 Valent. Arcad. diserte volunt, mulctarum compendia  
 soli fisco Imp. deberi hoc est solius Imp. esse nec ulli alij  
 com-*



competere. Hodie quoque inferiores Magistratus utilitates & fructus mulctarum percipiunt, quatenus ad eorum jurisdictionem qua in constitutionibus imperij Bürgerliche Obrigkeit vocari soleat cognitio de poenis & mulctis spectat, ut videre est in reformat. polit. Anno 1530. tit. von der Juden Kleidung) Item von wucherlichen contracten. (b) Auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. quod tamen non procedit, si liberi ad tertium gradum usque supersint. Vxoribus etiam dotem & donationem ante nuptias salvam habent d. Auth. bona damnatorum. Et si indotatae fuerint, quartam ipsi jure debitam ex facultatibus prestandam esse, & haec congruunt cum ipsi quae Justin. in Nov. 134. §. si quando, adversus eos, qui adulterij damnati sunt, constituit. (c) c. un. verb. bona committentium 4. feud. Quae sint Regal. Et non solum committentium crimen laesae majestatis bona confiscantur & heredibus auferuntur, sed & memoria defuncti damnatur & plane aboletur l. quisquis 5. in fin. IBI bonis eius omnibus fisco l. majestatis 6. IBI bonis eius confiscatur eorum substantia l. meminisse 7. IBI bona post mortem fisco l. fin. IBI eius bona successoribus eius eripiantur C. ad L. Iul. Majest. l. is qui fin. IBI hereditas fisco vindicatur ff. ad L. Iul. Majest. Nov. ut nulli iudicium 134. c. fin. in fin. IBI in Majestatis vero crimine. Huic crimini quoque adjecerunt Honor. III. & Bonifacius VIII. in c. felicis de poen. in 6. ut fiant habitationes rei deserta, & ut non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius aedificia in ruinam, & ut nomen perpetuae infamiae perpetuam ruinam testetur, nullo tempore reparentur c. unic. §. receptator de pac. jur. firm. (d) d. c. un. verb. bona committentium incestas nuptias. Quae sint regal. Hoc crimen appellatur ab Imp. incestum matrimonium & nefan-

Bona damnatorum

Bona committentium crimen laesae majestatis.

Bona committentium incestas nuptias.

F

nefan-



nefandum §. sancimus Nov. 12. seu nefarium §. Ergo non  
omnes Inst. de nupt. Ideoq; illud committens, amittit  
omnem bonorum substantiam, quia ipso jure confiscan-  
tur, uti prolixè disputat Covar. de matrim p. 2. § 8. n. 6.  
7. Clar. lib 5. sent. §. incestus n. 2. Nec liberi exinde na-  
ti alantur nedum ad successionem paternorum bonorum  
admittantur Auth. ex complexu C. de incest. nupt.

Bona indi- (c) d. c. un. verb. & quæ ut ab indignis l. un. §. qua au-  
gnis ablata tem 12. IBI quæ ut indignis auferuntur in nostrum fi-  
scum perveniant C. de caduc. toll. l. 1. IBI vel quod in-  
dignis ff. de jure fisci l. Papinianus 8. §. meminisse 14. IBI  
& id fisco vindicari quasi indigno ablatum ff. de inoff. te-  
stamento. (f) bona vacantia Erblose Güter nemo du-  
bitat fisco adjudicari l. jubemus omnes IBI sine legiti-  
mis successoribus defunctorum fisci juribus vindicari l. 1.  
& ult. C. de bon. vacant. l. 96. §. quoties 1. de legat. 1.  
Myns. cons. 67. n. 2. & cent. 3. obs. 91. Tapia in l. fin. part. 1.  
c. 2. n. 49. de constit. Princip. Borch. in c. un. Quæ sint Re-  
galia Boer. decis. 50. n. 14. Hodie etiam statibus imperij  
communicata sunt Paurm. de jurisd. In Saxonia ita  
receptum est, ut omnes qui jurisdictionem supremam  
in criminalibus habent, in bonis vacantibus succedant  
Sixtin. de Regal. c. 11. n. 36. & 37. Heig. ad Inst. tit. de  
bon. poss. n. 58. Rosentb. de feud. concl. 52. Si vero bona in  
diversis territorijs sunt sita, tunc fiscus domicilij mobilia  
& nomina ubiq; existentia, immobilia vero cujuslibet lo-  
ci fiscus consequitur.

### XXXVI.

Hiscæ adnumerari potest inventio thesauri.  
Ibe-



*Theſaurum in loco publico inventum Regum eſſe totum ferè mundum occupavit Farinac. pract. crim. q. <sup>Theſaurus</sup> 104. Pandrecht lib. 1. art 35. IBI Alle Schätze vnter der Erden begraben tieffer denn der Pflug gehet/ gehöret zu Königlichem gewalt. Si vero in loco ſacro fuerit inventus, tunc non ad Regem, ſed potius ad Eccleſiam, cuius eſt dominium, pertinet. Rex enim ſive alius aliquis ſecularis Princeps de rebus Eccleſiaſticis diſponendi facultatem non habet Can. non placuit 23. Can. Laicis 24. cauſ. 1. q. 7. Cum res ille Eccleſie ſint propria c. Eccleſia 10. de conſtit. c. ut ſuper 8. & tot. tit. de reb. Eccleſ. alienand. vel non c. 1. verſ. fin. ſi autem IBI omnia perpetuò ſanctificentur extr. de ſucceſſ. ab inſteſt.*

### XXXVII.

Jus collectandi (a) & vectigalia (b) quin ad regalia pertineant, dubium non eſt.

*Collecta duplices ſunt Imperiales Reichſteuer oder des heiligen Reichs anlagen / qua omnibus Romano imperio ſubjectis imponuntur, ſicuti factum mit dem gemeinen Pfennig tempore Maximil. I. Item mit der Türckenſteuer / ſi vel neceſſitas urgeat reſiſtendi Chriſtiani nominis hoſti Reichsabſch. de Anno 1530. §. Vnd dieweil die eilende Türckenhülffe & de Anno 1544. vnd dieweil nun etc. à quibus collectis nemo immunis eſſe debet, inprimis cum ad defendendam puram religionem, & ad proſtigandum Chriſtiani nominis hoſtem atrociffimum, exiguntur Thom. Mich. tb. 27.*

2. Provinciales Landtſteuer qua à Principibus ſubditis ſuis indicuntur nim. quando in elocandis filiabus collectam exigunt à ſubditis, quod an rectè fiat, multi dubitant, nos cum Mynſ. cent. 5. obſ. 21. ubi multos *allegat*



allegat, rectè fieri, & in praxi ita observari cum Ca-  
stald. in tract. de Imp. q. 57. statuimus. Ab hac immuni-  
tatem quis consequi potest, non vero ab illa, quæ in mo-  
dum executionis non jure proprio venit, puta quando a-  
liquis de comitatu quodam sub clausula frey geruhig-  
lich ohne stewart investitus, licet exemptus sit à presta-  
tione collectarum provincialium, non tamen immunis  
erit ab onere Imperialium Thom. Mich. de jurisd. tb. 11.  
Vestigalia Modest. Pist. conf. 4. in pr. n. 5. & seqq. vol. 1. (b) Cum  
in vestigalibus Reip. nervus consistat l. 1. §. 20. ff. de quest.  
Nov. 149. c. 2. Nov. 161. c. 2. sine quibus imperium conser-  
vari nullo modo potest Cic. in Epist. ad Q. F. merito hoc  
jus Imp. consensu Elector. reservatum fuit l. 3. l. 10. C. de  
vestigal. l. vestigalia l. non solent. C. Nov. vestig. instit.  
non poss. c. 1. Quæ sint regal. Reichsabsch. de Anno 1579.  
§. weiters sind wir etc. & §. dadurch dann etc. Heig.  
p. 1. q. 18. n. 7. Treutl. vol. 2. disp. 18. tb. 9. lit. C. Myns cent. 5.  
obs. 29 Borch. ad c. un. Quæ sint regal. n. 46. Absq. Electro-  
rum autem consensu Imp. nova vestigalia imponere ne-  
quit, uti in capitulat. apud Sleid. lib. 1. cautum est §. wir  
sollen vnd wollen auch Heig d. q. 18. n. 7. Thom. Mich. de  
jurisd. tb. 11. lit. C. Klock. de contribut. imper. tb. 7.  
Paurm. de jurisd. lib. 1. c. 4. n. 7. Sic nec Reges cuiuscunq;  
regni absq. ordinum statuumq. consensu vestigalia im-  
ponere possunt teste Commineo lib. 10. Nemo est, omnium  
Principum, inquit, qui jus habeat, vel teruncium unum  
exigendi à suis, præter institutum annum censum. Et  
paulo post: Sunt Principes, quibus hoc frequens in ore  
est, se habere privilegia, ut quantum velint, à populo  
exigant. Certè Galliarum Rex omnium minimè causam  
habet, ut istud de se jactet, nec enim ipsi, vel cuivis alij  
hoc licet. Qui vero comparanda gratia causâ hanc pote-  
statem



Statem ei tribuunt ū certè parum providè & liberaliter agunt. Qui per se novà vectigalia absq; Imp. consensu indicit is l. Julia de ambitu & de vi publica tenetur l. un. §. qua lege ff. ad l. lul. de ambitu l. ult. ff. ad l. Jul. de vi publ. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 1. c. 21. Knich. in comm. prov. Sax. p. 130. Warem. ab Erenberg. de regn. subsid. p. 72. & qui antiqua adaugere conatur, contra illum mandata inhibitoria in Cam. Imp. decerni solent Gylm. Symph. tom. 3. verb. vectigalia & tom. 1. lib. 1. p. 2. tit. 6.

### XXXVIII.

Reliqua quæ ad Regalia referri possunt sunt saluum conductum seu salvoguardiam præstandi (a) pœnas capitales remittendi (b) famæ restituendi (c) veniam ætatis concedendi (d) & Judæos recipiendi (e.)

(a) l. relegati 4. in fin. ff. de pœn. Bart. in l. ad bestias §. 1. de pœn. Myns. 5. obs. 20. n. 3. Gail 2. obs. 64. n. 2 Menoch. de arb. Jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 336. concl. 22. Boer. decis. 179. n. 1. Damboud in pract. erim. c. 26 tit. de publ. fide Sixtin. de regal. c. 2. n. 35. lib. 2. Rosenthal de feud. c. 5. concl. 22. Dec. conf. 18. n. 120. vol. 1. Schurff. conf. 2. n. 4. cent. 2. Thom. Mich. de jurisd. tb. 46. lit. C. Interdum conceditur securitas, quam vocamus Bleidt zu außführung berühmter unschuldt / ut is qui deliquit innocentiam suam probet, & defensionem edoceat. Interdum quando nova nupta in Principis aulam introduciunt, malefactores currus inbarentes securitatem accipiunt, quibus intercessione nova Domine ac Ducisse gratia à Principe concedi solet Steph. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 421.

Salvum  
conductum  
præstare.

(b) l. ad bestias 31 ff. de pœn. l. cum indulgentia 10. & tot. tit. de sent. pass & rest. l. rescripta 7. C. de precib. Imp. of-

Pœnas ca-  
pitales re-  
mittere.



fer. Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 1. q. 6. n. 2. Menoch.  
de arb. Jud. quest. lib. 1. q. 92 Rol. à Valle conf. 4. n. 4.  
lib. 3. Thom. Mich. de jurisd. tb. 47. lit. B. Olim de jure  
veteri pœna capitalis in mitiorem pœnam converti non  
poterat l. aut damnum 8. §. fin. C. ad l. Iul. de vi publ.  
Hodiè verò non solum mitior reddi, sed planè etiam re-  
mitti potest Dn. Gotthfr. ad d. l. aut damnum 8. in verb.  
Dixi autem fratres ff. de pœn. imò damnatus in pristi-  
num statum quo ad honorem & bona collocatur l. 1. C. de  
sent. pass. & restit. Hoc jus Imp. seditiosis rusticis tunc  
temporis indulgit Welchen von Keyf. Wagt. auff dem  
Reichstage zu Augsp. Anno 1525. nicht allein das Le-  
ben geschenckt / sondern widerumb in den vorigen stand  
ihrer Ehren gesetzt Schneid. de feud. p. 3. n. 63.

Fama re-  
stituere. (c) l. in crimine 1. §. fin. in fin. ff. de quest. l. Imperia-  
lis §. nam omni macula C. de nupt. l. 1. IBI honoribus  
l. generalis IBI neq. integram C. de sent. pass. arrest. l. 1. §.  
10. ff. de postul. l. quidam consulebat 57. ff. de re jud. §. 2.  
IBI sed si ex indulgentia Principis Inst. Quibus mod. jus  
patr. potest. solv. Reichsabsch zu Speyer de Anno 1526. §.  
vnd wiewol der gemeine Mann | Bart. in l. infamem n.  
13 ff. de publ. jud. Zas. ad l. 2. de O. J. versic. eodem tem-  
pore n. 18. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 1. q. 93. n. 3. Dec.  
conf. 445. n. 20. Lancell. lib. 1. de imper. c. 1. §. 4. versic.  
17. Odd. in tract. de rest. in integr. q. 92. art. 9. n. 91. Fa-  
rinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 1. Schneid. de  
feud. part. 3. n. 36. Thom. Mich. de jurisd. tb. 47. lit. A.

Veniam æ-  
tatis con-  
cedere. (d) l. 1. & tot. tit. C. de his qui veniam ætatis im-  
petr. Dn. Gædd. ad l. 21. n. 19. de V. S. uti Scipio se sat  
annorum habiturum dicebat, si populus Romanus vo-  
luerit,



fuerit. Augustus, magistratus, atq; honores, & ante  
 tempus, & quosdam novi generis perpetuosq; cepit, con-  
 sulatum 20. etatis anno adeptus est. Sic Rudolphus II.  
 veniam etatis concessit Serenissimo Regi Dania Anno  
 1593. Hering. tract. de fidejuss. c. 7. n. 110. Schonborn.  
 lib. 5. polit. c. 18. (c) Ex constit. aur. bull. Carol. IV. <sup>Judæos re-</sup>  
 tit. 9. & Policey Ordnung zu Augsp. Anno 48. tit. <sup>cipere.</sup>  
 Von Juden vnd ihren Wucher/ vnd zu Franckfurt  
 Anno 77. verbessert. Ad eum vero modum recipi pos-  
 sunt, ut legibus cujuscunq; Magistratus Christiani,  
 sub quo degunt, sese subijciant l. 8. C. de Iudeis & ut ab  
 immodicis istis exactionibus usurisq; supra legitimum  
 usurarum modum abstineant Tessaer. decis. 57. P. Denais.  
 jur. Cameral. tit. 150. Schonb. lib. 5. polit. c. 26. Thom.  
 Mich. tb. 78. lit. B. Buxtorff. dissert. ad aur. bull. tb.  
 90. lit. C. Non possunt autem pro libitu absq; Imp. con-  
 sensu expelli, nam adversus eum, qui eos semel in pro-  
 tectionem recepit, & postea eos expellere vult, manda-  
 tum cum clausula ad eorum petitionem decernitur.  
 Rutger. Rol. de commissar. p. 2. 3. lib. 7. c. 3. n. 5. Ob  
 scandalum vero & imminens periculum eos expelli pos-  
 se autumat P. Gregor. Syntagm. lib. 22.

### XXIX.

Insuper inter regalia referuntur jus extruen-  
 darum arcium (a) civitatis (b) & publici mercatus  
 jus (c) itemque moratorias inducias conceden-  
 di (d.)

(a) Ex-



Ius extruendarum munitio-num.

Ius extruenda civitatis.

Ius nundinarum so-lennium.

(a) Extrruendarum arcium vel munitio-num ius  
festungen zu bauen/ regium est, nec cuiquam invito  
Imp. usurpandum. Genuenses jussit Fridericus I. à mu-  
nienda urbe cessare Sigon. lib. 12. Ital. histor. Et sacra  
Casarea Majestas aliquando rescripsit: Das keiner zu  
ansehnlicher gewisser gefahr / vntergang vnd verder-  
ben in der nàhe gelegenen vornehmen Reichsstädten  
Landen vnd provincien einige newe festung von mu-  
nitionen, dahero besorgliche vnrube entstehen kan/  
legen / auffrichten vnd erbawen / sondern solches als-  
bald vnd ohn einigen verzug abgeschafft werden sol.  
Exemplum habemus in causa Söln contra Wülheimb/  
que ad instantiam Colonensium Imp. jussu planè demo-  
lita & devastata est. (b) arg. l. 1. C. de metrop. Beryt.  
Hoc jus penes Imp. solum est, unde non interveniente  
consensu locus aliquis jura & civitatis privilegia adi-  
pisci potest Alciat. in l. pupillus §. urbs n. 43. ff. de V. S.  
Lancell. in templ. omnium Jud lib. 1. c. 1. §. 1. verb. civili-  
tatem concedit Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum n. 1. de off.  
Iud. ord. Ius quoq; Sax. non modo Principis, in cuius ter-  
ritorio civitas extruitur, sed & Imp. auctoritatem re-  
quirit Pandrecht art. 36. Wetzbild lib. 1. art. 9 Et cum  
Albertus Comes Mansf. vico cuidam propè Islebiam Spi-  
ritum & vitam Stadtrecht concedere vellet Imp. Maxi-  
mil. An 1514. mandato inhibitorio id fieri per hac verba  
prohibuit: Wãñ nun dir noch jemand andern geziemet/  
Stadtrecht / oder anders das der hohen Obrigkeit zu-  
stehet ohne sondere erlaubniß auffzurichten / So em-  
pfelen wir etc. Thom. Mich. de jurisd. th. 12. lit. C.  
(c) Nundinas solennes sive annuas Jahrmarckte  
solus Imp. concedit l. un. C. de nund. Ius Sax. lib. 3. art. 66.  
& lib. 2. art. 26. & potest eas civitati alicui auferre &  
aliò



transferre Gail. 2. obs. 69. n. 24. Tessauro decis. 264. n. 2. In  
prejudicium autem civitatum in quibus commercia &  
negotiationes exerceri debeant, non concedantur pagis.  
Imp. Maximil. predicto pago civitati Islebiensi vicino  
jura civitatis usurpare hoc mandato prohibuit: Damit  
nun mit der zeit den Städten ihre Handlung vnd nahr-  
ung nicht entzogen werde / So empfehlen wir etc.  
Et nunquam Imp. civitatum privilegia alicui civitati  
dare consuevit, nisi prius adjacentibus & vicinis civita-  
tibus, quarum interesse possit, auditis & adhibitis. Gail.  
2 obs. 69. n. 25. Ias in l. fin. n. 13. & 20 ff. de const. Princip.  
Vulgares sive hebdomariae Wochenmärkte sine ullo pri-  
vilegio institui possunt Tessauro d. decis. 264. n. 4. Bald.  
in d. l. unic. C. de nund. Sichard. ad rubr. ibid n. 2.

(d) Inducias moratorias vulgò Anstand Brieffe auff <sup>Induciae</sup>  
gewisse zeit zu bezahlen oder <sup>moratorias</sup> Quinquennell debitoribus  
solet concedere Imp. l. quoties l. universa C. de precib.  
Imp. offer l. in fraudem 45. §. fiscalibus 10. ff. de jure fi-  
scil fin. C. qui bon. ced. Politey Ord. Carol. V. zu Aug-  
spurg auffgericht Anno 1548. sub tit. Von vordorbenen  
Rauffleuten versic. vnd nach dem sie zur zeit Tessauro  
decis. 186. per tot. Knich. in comm. ad jus Sax. pag. 163.  
Gail. 2 obs. 46. n. 14. Moller. 4. semestr. 6. n. 5. & 6. König  
in process. c. 2. in addit. n. 33. Schonb. lib 5. pol. c. 26. Thom.  
Mich. de jurisd. tb. 46. lit. D. Schneid. in Apostilla ad  
d. l. quoties ubi notat, quinquennales has literas privile-  
giatas, ne quis intra annum petat, impetrasse ab Imp. &  
habuisse quendam C. L. M. R. qui post mortem 700000  
floreorum aris alieni reliquerat. Matth. Steph. de ju-  
risd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 389. Ha quinquennales denegan-  
tur contra mercenarios & operarios, quibus merces ope-  
rarum praestitarum ante omnia absq; ulla dilatione &

¶

mora



mora solvi debeat. Decoctoribus autem, fallitis, & bancorruptis non immeritò conceduntur, si major creditorum pars consentiat, optimè cum possunt, res suas locupletare, ex quibus deinde creditoribus eò melius satisfacere possunt Lancell. in templ. omnium Jud. lib. 1 c. 1. §. 3. verb. debitoribus dilationes indulges Stracha de decoct. part 6. n. 10.

X L.

Numerum claudat elegans & valdè difficilis hæc quæstio, de quâ acerrimè inter se digladiantur Themidos alumni, an Regalia Imp. concessione acquirantur, (a) & an sub ea merum imperium comprehendatur? (b)

(a) Inter Regalia majora & minora erit distinguendum. Majora, cum supremam Imp. concernant potestatem, concedi non possunt Reichsabsch. zu Regensp. de Anno 1576. §. Dadurch dann TBI zu unser Keyserlichen Hoheit vnd reservaten arg c. 1. TBI nisi quæ specialiter Quæ sunt regal. Covarr. pract. quest. c. 4. n. 6. Wes. conf. 32. n. 11. Myns. conf. 39. n. 6. & 7. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1 gl. 5. n. 10. & seqq. Rol. à Valle conf. 78. n. 15. vol 3. Menoch. 3 presump. n. 28. Dn. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7 in fin. ubi plures in banc sententiam allegat. Minora vero quæ spectant fiscum Imp. pecuniarium facilius possunt concedi c. un. §. per quos fiat invest. 2. feud. 3. vers. novi vero. (b) Si vero feuda sunt Regalia, eaq; Reges, Duces, Principes &c. ab Imp. per investituram, aut singulari aliquo privilegio acceperunt tit. Quis dic. Dux, Marchio Comes 2. feud. c. super quibusdam 26 §. præterea TBI Imperatorum largitione concessa extr. de V. S. merum imperium & omnimodã jurisdictionem die hohe Landesfürstliche Obrigkeit mit allen



len Gerichten / Obersten vnd Niedersten / mit allen ih-  
ren Ehren / Würden / Freyheiten / nützungen vnd zu-  
gehörungen ) *eis unà concessam esse putamus, quod ex  
seq. usitata infeudandi formula apparet: Wir N. von  
Gottes Gnaden erwählter Römischer Keyser belehnen  
N. unserm vnd des heiligen Reichs lieben Getreuen  
mit dem Hertzogthumb Marck / Pfaltz / oder Landt-  
graffschaft / Fürstenthumb / Graffschaft / Herr-  
schaft / Bischoffthumb / Prelatur / mit allen gerichtten  
Obersten vnd Niedersten etc. Rosentb. synopsis. feud. c. 5.  
concl. 6. Menoch. 3. presumpt. 97. n. 33. & seqq. Covarr.  
pract. quest. c. 1. n. 10. Rol. à Valle conf. 42 n. 17. & seqq.  
vol. 2 Borch. tract. feud. c. 6. n. 35. Wes. conf. 95. n. 20 &  
seq. Schurff. conf. 26. n. 2 Gail. 2. obs. 62. n. 9. Tapia de const.  
Princip. c. 2. n. 41. & seq. Obrecht. 43. & seq. de  
jurisd. Dn. Vult. d. lib. 1. c. 5. n. 7.*

F I N I S.



F



AD  
CLARISSIMUM ET CONSULTISSIMUM  
VIRUM,

DN. VALENTINUM  
HESSUM, de Regalibus, sub præsidio

*Amplissimi & Consultissimi Viri,*

DN. DIONYSII GOTHOFREDI J.C.  
celeberrimi &c. Pro honoribus in utroq; jure  
Doctoralibus consequendis publicè  
HEIDELBERGÆ disputantem  
Acclamatio Votiva.



ESSE valens Virtute, Dicesq; valentior armis,  
O columen Phœbi, Castalidumq; jubar;  
HESSE, quid hoc? Tot nunc Academica vita per  
Te fovit varijs, expolijtq; locis: (annos  
Una tamen MYRTEA virentis ferta corona  
Imponit capiti, digna brabæa, Tuo:

Idq; DIONYSIO GOTHOFREDO Præfite, cujus  
Solis utrâq; domo didita fama viget.

Fallor? an, ut quantò locus ille celebrior audit;  
Antistes quantò cultior ille cluet:

Et Tua sit tantò laus excellentior? augent  
Et Locus & Doctòr nobile namq; decus.

Sic reor. Hinc & de Regalibus, ore diferto  
Differis, abstrusas emaculasq; notas;

Ut sua Principibus Regalia jura valenter  
Hac adferturum Te ratione probes.

Macte Tuâ Virtute! virenti macte coronâ!

Quæ vireat vernis semper-amœna comis!

Facta

à Valentino Cremcovio.  
XXIIX. Junij Anno ultima  
patientie 1616.



1077

ULB Halle 3  
003 252 035



Sb.











POLITICO-  
C A. 1616, 2

SUM=  
TORIS PO=  
M NOS MAJE-  
, deq; regalibus

B L I C O Q U A M  
M T A, I N A N T I  
nia pro gradu in utroq; jure  
positionibus proposita.  
us tractata & in  
issa.

O H E S S O  
. Doctore.

B U R G I,  
Boelius, Anno 1616.

13

